

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/









Je 216

ESCHYLI

TRAGEDIÆ

QUÆ SUPERSUNT.

RECENSUIT


VARIETATE LECTIONIS,

ET

COMMENTARIO PERPETUO

ILLUSTRAVIT

CHR. GOD. SCHÜTZ.



VOL. I.

OXONII:
MPENSIS ROBERTI BLISS.
1810.

292 e. 75

Digitized by Google

Excudebat N. Bliss, Oxonii.

PRÆFATIO.

Cum libellum commentationum in Agamemnonem Æschyleum, ante aliquot annos editum, non displicere vidissem viris doctis, quibus ut probaretur, vehementer optassem, alacrior factus sum, ad editionem omnium, quæ ætatem tulerunt, principis Tragicoram reliquiarum, quam octo abhinc annis institueram, perficiendam, cujus nunc quidem volumen primum e manibus dimittere non possum, quin de consilii, quod secutus sim, ratione, ac de subsidiis, quæ mihi profuerint, benevolos lectores breviter admoneam.

Ac primum quidem, cum omnium, quæ ad Æschylum illustrandum seu ipse observassem, seu ex aliorum libris enotassem, rudem quasi et indigestam farraginem oculis perlustrarem, quam potissimum in seligenda ac disponenda hujus editionis materia viam ac rationem tenerem, diu multumque dubitavi. Sepenu. mero claris etiam scriptorum antiquorum editoribus hoc accidisse videbam, ut, quid lectorum commodis, vel studiosorum desideriis, vel emtorum denique rationibus deberent, aut nunquam cogitaverint, aut certe parum curaverint. Quid enim omnino, ut editori commodius, ita lectoribus molestius esse potest, quam, ut in Stanleiana editione factum, priorum editorum integras animadversiones sic in chartam conjici, ut primum v. c. Robortelli, deinde Stephani, tum Canteri, postremo novi editoris notæ se ordine excipiant; ut, si quis, quid ad hunc vel illum versiculum interpretes forte adnotaverint, scire cupiat, sex locorum intervallis, et frustra quidem plerumque, librum misere volvendo ac revolvendo quærere cogatur? Quid deinde Græcarum litterarum studiosis, Tragicum nostrum cognoscere cupientibus, minus con-

ducibile est, quam sine delectu, quæcunque superioribus interpretibus in mentem venerint, sive vera, sive falsa sint, in unum quasi corpus, collatis undique membris, redacta, legentium oculis obtrudi, præsertim si in tanta conjectaneorum mole, plurimis tamen locis, iisque difficillimis, ut sæpe factum est, se desertos esse videant, atque, ut Tantalus aquas in aquis, sic commentarium in commentario quærant? Quid denique emtoribus iniquius aut acerbius accidere potest, quam si iis hæc necessitas imponatur, ut propter paucas animadversiones, quibus ægre careant, multo major inutilium rerum acervus bona sit pecunia redimendus? Ut e. c. ante hos octo et triginta annos Pauwius fecit, qui Stanleianam editionem, ne vitiis quidem operarum correctis, repetitam, nee melius, quam antea fuerat, adornatam, futili ac tædioso commentario, (sic enim jure Brunckius V. C. appellat,) oneravit magis quam Tale editionum genus, utut plurima in ils bona insinta propagando inter eruditos homines Græcarum litterarum studio parum prodesse certo scio, meliusque, quamvis minus gloriose, de eo mereri arbitror, qui curent, ut correcta, quæ merum texa tum auctorum habeant, exemplaria, exiguo pretio venalia in manus studiosorum veniant, quod, ut alios præteream, laudabili instituto nuper facere cœpit Societas Bipontina.

Omnino autem de adornandis veterum scriptorum editionibus et ad certum finem justumque consilium exigendis nemo ant judicavit acutius, aut salubrius præcepit, quam celeberrimus ille, quem exteri Germaniæ, populares Gottingæ gratulantur, Heynius, qui cum sæpe de ea re in Ephemeridibus academiæ, quam ornat, litterariis admonuit, tum in Virgilii potissimum ac Tibulli editione verissimum et criseos fructuosæ, et commentarii doctis pariter ac studiosis profuturi exemplum edidit. Cujus quidem species sic animo meo insedit, ut in adornandis atque exponendis iis, quæ ad Æschylum emendandum et interpretandum clarissimi cultiorum Europæ populorum Philologi contulissent, vel ipse lectione, qua multis, aut ingenio, quo plurimis me inferiorem esse sentio, reperissem, illam, quasi exemplar quoddam, respicerem, ad eamque mentem ac stilum dirigerem. In quo, quantum opera ac diligentia assecutus sim, alii videant; me enim prima sequentem, etiamsi in multo inferioribus constiterim, vel sola melioribus consiliis parendi voluntas consolabitur.

Collatis itaque ac diligenter excussis Æschyli tragædiarum editionibus ad unam omnibus primum hoc egi, ut textum melius ac rectius, quam in superioribus factum esset, constituerem. Atque in tribus quidem primis tragædiis, multa quæ ipse observaveram, occupavit, plurima autem alia, in quæ forte absque eo nunquam incidissem, suppeditavit Brunckii V. C. excellens ingenium, insignis diligentia, doctrina vero admirabilis. Non tamen ejus recensionem ita secutus sum, ut nunquam discederem; subinde potius aliam viam et rationem mihi magis placere candide professus sum. Cum enim, quid Æschylus vere scripserit, non quid scribere potuerit debueritve, unice sit editori quærendum, conjectura textum emendandi prolubium his quidem finibus coercendum esse putavi, ut, nisi conjector se Æschvli manum ingenio suo assecutum esse certissimis argumentis nobis persuaserit, antiqua codicum MStorum lectio, etiamsi falsitatis indiciis se ipsa satis prodat, in textu relinquatur.

Præter varietatem lectionis e Codd. a Brunckio aliisque collatis accedunt in hac editione quatuor librorum MStorum lectiones, Mosquensium duorum, quorum alter Prometheum vinctum, et Septem adv. Thebas, alter præter has tragædias etiam Persas continet; Vitebergensis, qui easdem tres tragcedias, et Guelferbytani, qui omnes complectitur. Mosquensium et Vitebergensis excerpta singulari Cel. Matthæi, felicis hymni antiqui in Cererem repertoris, humanitati atque benevolentiæ debeo. Antequam vero ea in manus venirent, programmate jam utebar Zounii V. Cl. Prof. Gr. Litt. Viteb. quo eundem codicem Vitebergensem, judicio etiam sæpe de lectionibus interposito, accurate recensuit. Guelferbytani autem usum a Serenissimo Duce Brunovicensi, intercessione humanissimi ac doctissimi Langeri, inclytæ Bibliothecæ præfecti, cum jam prelo commissum esset primum textus Græci volumen, impetravi. Non enim ab initio mihi propositum erat, Codicum Manuscriptorum subsidia ambitiose conquirere, sed, si quædam ultro aut sine magnis impensis mihi offerrentur, ea non negligere. Veruntamen, omnes hi codices nimis recentes sunt, ita ut parum aut nihil inde Æschyli textus ad integritatem profecerit; et si quas hic ibi bonas lectiones in tribus prioribus tragcediis habeant, eos jam ante e Regiis Parisiensibus eruit Brunckii sollers industria. Ceterum vel hoc nomine doctis viris, qui istorum codicum mihi copiam fecerunt, gratias mecum habebunt Æschyli lectores, quod semel diligenter excussis ejusmodi libris, alii supersedere eadem opera possunt, cum sciant nihil amplius ad emendandum textum præsidii ab iis expectandum esse.

Varietatem lectionis, laudabili nonnullorum editorum exemplo, a Commentario separavi; judicium de lectionibus, quotiescunque necessarium videretur, interposui, ubi eo paucis defungi licebat; in aliis lectores ad Commentarium, ne bis eadem dicenda essent, ablegavi. Lectionem, quam veram et genuinam esse aut certis rationibus, aut saltem verisimillimis, mihi persuaseram, in textum recepi; ubi res incerta esset, vulgatam lectionem intactam reliqui. Ingeniosis aliorum emendationibus sæpe honorem hunc habui, ut in textum reciperem; in meis, de quibus penes alios arbitrium esto, parcius, ut æquum erat, isto editoris jure aut licentia usus sum.

In Commentario, quicquid ad intelligendum poëtæ sensum, ad venustatem elocutionis seu inventionis calliditatem percipiendam, denique ad earum lectionum, quæ arctiore nexu cum ipso verborum sensu junctæ essent, veritatem discernendam pertineret, inclusi, sive meum id esset, sive alienum. Aliena vel ipsis auctorum verbis, nomine eorum laudato, concepta exhibui, vel brevitatis causa, recisis ambagibus, in compendium redacta, ne hic quidem celata auctoritate, proposui. De nostra quidem opera dicere, non est verecundiæ aut tenuitatis nostræ; quamquam speramus, eam nec studiosis juvenibus inutilem futuram, nec plane indignam esse, quam hic ibi doctiores etiam arbitri cognoscant. Sed ut ab ipso commentario varietatem lectionis segregavimus, sic duplex etiam observationum genus ex eo circumcidendum esse duximus: alterum, quod in copiosiore, quam ad sensum recte intelligendum opus esset, singulorum vocabulorum ac phrasium illustratione versaretur, id quod multo melius et commodius lexico Æschyleo, quod uberrimum et plenissimum erit, inseri arbitrati sumus; alterum, quod ad scriptorum aliorum cum Æschylo comparationem pertineret; e quibus ea tantum in ipso Commentario contulimus, quæ sive ab aliis jam observata, sive propius cum sensus intelligendi necessitate conjuncta essent. Reliqua vero, quæ haud pauca ex Græcis Romanisque scriptoribus enotavimus, in quibus ii vel citarunt Æschvli versiculos, vel imitati sunt Tragicum nostrum, vel saltem similem imaginum et sententiarum conformationem secuti. hæc omnia secundum ordinem tragædiarum et versiculorum, ad modum Virgilii a Fulvio Ursino cum græcis scriptoribus collati in singulare apparatus historici caput conjecimus. Quam quidem rationem nisi tenuissemus, injuriam fecissemus iis lectoribus. qui ipsum Æschylum cognoscere et intelligere, non autem Æschyli occasione grammaticis disputationibus vacare, aut aliorum scriptorum collatione distineri voluerint. Quorum ut maximum numerum esse credibile est, ita minime erat committendum. ut in ipso lectionis cursu tot ambagibus distraherentur, et quamvis nolentes e recta via ad diverticula et anfractus abriperentur. Quo consilio etiam longiusculas quasdam disputationes Excursibus complexi sumus, ad finem Commentarii ad singulas tragædias rejectis, in quo lectores Virgilii editionis Heynianæ imitationem agnoscent, quamquam eam, quæ illius viri excursibus inest, eruditionis copiam magnopere (facile enim prævideo) desiderabunt.

Fragmentorum Æschyli collectionem pleniorem, et nuns primum satis emendatam atque illustratam, quarto editionis tomo subjiciemus.

Scholia Græca quam plurimis locis correcta sic edemus, ut brevibus notulis de pretio iis statuendo subinde lectores admoneantur.

In apparatu historico, primum Æschyli vitam enarrabimus; ubi simul de Tragædiarum ejus charactere, variisque in arte scenica inventis universe disseremus; deinde metrorum rationes exponemus; post de Æschyli tragædiarum Codicibus MStis, Editionibus, Criticorumque veterum et recentiorum de Æschylo sive meritis sive judiciis agemus; postremo, ut diximus, Æschylum cum reliquis Græcorum tragicis, aliisque, Latinis quoque scriptoribus, parcius autem cum recentioribus poëtis sive exteris, sive popularibus, comparabimus.

Deinde præter Indicem rerum historicum et geographicum accedet lexicon Æschyleum, in quo non solum e septem Tragædiis, quæ aut integræ, aut saltem paucis tantum versibus mutilæ ad nos pervenerunt, sed etiam e fragmentis deperditarum, ordine elementari colligetur, atque ubi opus fuerit, illustrabitur Græcitas Æschylea, quod, qui Æschylum non tantum ut poëtam, sed etiam ut Græcæ linguæ antiquum auctorem legere voluerint, haud sine fructu consulturos esse speramus.

Ad externam hujus editionis formam quod attinet, nec diligentem vitiorum typographicorum correctionem, nec typorum elegantiam, nec denique chartæ candorem, æqui lectores desiderabunt, præsertim si pretii, quo venditur, mediocritatem reputaverint. Erat enim instituti nostri curare, ut iis etiam emtoribus, quibus haud magnam in hoc genus litterariæ supellectilis pecuniam erogare licet, editio nostra inserviret, nec tamen ob nimiam externi cultus negligentiam a beatoribus fastidiretur. Scr. in Academia Jenensi a. d. viii. April. CIOIOCCLXXXII.

CHR. GODOFR. SCHÜTZ.

NOTARUM,

QUIBUS IN RECENSENDA, LECTIONIS VARIETATE USI SUMUS, EXPLICATIO.

| Qx. | Codex | Oxo | niensis. | continens | Prom | eth. e | Sept. | adv. | | |
|-----|------------|-----|----------|-----------|------|--------|-------|------|-----|----------|
| • | Theb. | | , | | | | | | (a | Stanleig |
| 4 | <i>a</i> , | | | | | | | | ζ. | collati. |

Ar. Codex Arundelianus, continens tres priores tragodias.

Cod. Reg. A. Codex bombycinus Bibl. Regiæ Paris. No. 2884.

continens tres primas Æschyli tragædias, et Sophoclis
Antigonen.

Cod. Reg. B. Codex bombycinus ejusd. bibliothecæ No. 2787. continens easdem Æschyli tragædias.

Viteb. Codex Vitebergensis, cujus V. L. recensuit in programmate nuper edito Cl. Zeunius; chartaceus, seculo circiter xiii. scriptus, qui præter alia continet tres Æschyli tragædias priores, in principio Promethei usque ad versum 268. mutilus.

Mosq. 1. Codex Mosquensis seculo xiv. aut xv. scriptus, chartaceus, bibliotheca Sanctiss. Synodi, 4to, No. cclix. in foliis ccxvi. Æschyli Prometheum vinctum, septem adv. Thebas, Persas, Euripidis Hecubam et Orestem continens.

Mosq. 2. Ejusdem bibliothecæ 8vo. No. cccxcii. chartaceus, folior. ccx. seculo xv. aut xvi. scriptus. Continet Sophoclis Ajacem et Electram cum Æschyli Prometheo et Septem adv. Thebas. Utriusque excerptam lectionis varietatem Cel. Matthæi humanitati debemus.

Guelferb. Codex bibliothecæ ducalis Guelferbytanæ, chartaceus, seculo xiv. aut xv. scriptus, omnium tragædiarum, in Agamemnone mutilus.

Pleniorem horum codicum descriptionem dabimus in apparatu historico ad Æschylum.

Codices ab Askewio collati.

Hi tantum in Commentario ad Septem adversus Thebas memorantur; corum enim V. L., quantum ad istam tragœdiam pertinent, Cl. Askew cum Joh. Burtono συνταλογίας sive tragœdiarum græcarum delectus editore communicaverat, cujus ex editione ii. a Thoma Burgess Oxonii 1779. curata enotavimus. Sunt autem qui sequuntur:

Med. MS. Membran. in bibl. Laurent. Medicea in pluteo xxxii. No. 9. vetustus, quo P. Victorius usus est.

Colb. 1. Bombycinus in bibliotheca Colbertina Lut. Par. No. 4016. Sæculo circiter xv. scriptus.

Colb. 2. Bombycinus in bibl. Colb. scriptus anno 1299. ut patet ex notula calci subjecta.

Ask. A. Bombycinus in bibl. reg. Galliar. No. 3320. Sec. xiv.

- Ask. B. Chartaceus in eadem bibl. bonæ notæ.
- Ask. C. Chartaceus in bibl. Reg. Gall. No. 333. vetustus.
- Ask. D. MStus in charta eleganter exaratus olim manu Jani Lascaris in bibl. Reg. Gall. No. 3521.
- Ask. a. MS. Chartac in bibl. Cl. Askew, annos habens circiter 500.

Præter hos a Burtono etiam citantur Codex Baroccianus 4. in bibl. Bodlei. et Seldenianus.

Ald. Editio Æschyli tragg. Aldina Venet. 1518.

Rob. Editio Franc. Robortelli Venet. 1552.

Turn. Editio Adr. Turnebi Paris. 1552. 8.

Vict. Editio Petri Victorii ex officina Henr. Stephani, adjunctis hujus observationibus, Paris. 1557.

Cant. Editio Guil. Canteri Antwerp. 1580. 12.

Stanl. Notæ Thomæ Stanleii in editione ejus tragoediarum Æsehyli, quæ textum Canterianum repetiit, Lond. 1663. fol.

Pauw. Notæ Jo. Cornel. de Pauw, adjectæ Stanleii editioni ab eo duobus voll. 4. repetitæ Hagæ Com. 1745.

Arnald. Georgii d' Arnaud spesimen animadversionum criticarum ad antiquos scriptores græcos, nominatim Anacreontem, Callimachum, Hephæstionem, Herodotum, Kenophontem et Æschylum, Harling. 1728.

Abresch. Frid. Ludov. Abreschii Animadversionum ad Æschylum libri duo. Medioburgi 1743. Earund. liber iii. Zwollæ 1763. 8.

Heath. Benj. Heath notes sive lectiones ad Æschyli, Sophoclis, Euripidis que supersunt dramata, dependitorumque reliquias. Oxon. 1761. 4.

Morell. Αἰσχύλου Προμηθεὺς δισμώτης, cum Stanleiana versione, Scholiis &. β΄. et γ΄. ineditis, amplissimisque variorum notis, quibus suas adjecit, nec non scholia de metro ac anglicanam interpretationem, Thomas Morell, Lond. 1773. 4.

Burton et Burgess. In real sy me sive trage diarum græcarum delectus cum adnotatione Johannis Burton. Editio altera. Cui observationes, indicemque Græcum longe auctiorem et emendatiorem adjecit Thomas Burgess. Tomi ii. Oxon. 1779. In secundo tomo insunt Æschyli Septem adv. Thebas.

le Grand. Lucæ le Grand Specimen observatorum in Æschyleo Agamemnone, Basil. 1778. 8. Hic ibi aliæ quoque doctissimi viri memorantur conjecturæ mecum per litteras communicatæ.

Brunck. Æschyli Tragædiæ Prometheus, Persæ, et Septem adv. Thebas, Sophoclis Antigone, Euripidis Medea; ex optimis exemplaribus emendatæ (cura Rich. Fr. Phil. Brunck). Argent. 1779.

De omnibus his editionibus aut animadversionum libris copiosius exponetur ia apparatu historico.

ÆSCHYLI

PROMETHEUM VINCTUM.

ARGUMENTUM TRAGGEDIÆ.

 ${f P}_{ t nometheor}$ nometheus cum Jovi genus humanum exstinguere volenti se opposuisset, multisque beneficiis affecisset miseros mortales, in quibus hoc primarium erat, quod ignem de cœlo furatus lis divisisset, iratus Jupiter tradidit eum Vulcano, numinibusque quæ appellantur Kontos nal Bia, h. e. Robur et Vis, jussitque eum in rupe quadam Scythica religari, et clavis affigi. In scenam igitur prodeunt Prometheus captivus, comitibus Vulcano, clavos trabales, cuneos catenasque ferente, item Robore ac Vi acerbis immitibusque supplicii exactoribus. Hi Vulcanum propter generis affinitatem Promethei misericordia captum, ideoque a crudeli pœnæ ministerio refugientem, cunctantemque urgent, impellunt, ac nisi mandata exsequi properet, Jovis iram minantur. Victus necessitate Vulcanus b Prometheum ad rupem præruptam et scopulosam affigit. Ille præsentibus supplicii exsecutoribus neque vociferatur, neque ingemiscit, sed omnem e cruciatibus dolorem premit atque continet, nec prius, quam isti discesserunt, silentium clamore et lamentatione rumpit c. Mox tamen ad: fortitudinem suam redit, animumque perturbatum fati necessitate, conscientiaque immortalitatis suæ consolatur d. Hæc secum reputanti superveniunt Nymplus Oceanitides, ferramentorum, quibus Vulcanus Prometheum affixerat, strepitu excitæ, curruque alato per aërem advectæ . Quibus postquam se Promethei eventum fortunamque miserari, ac de futura ejus conditione sollicitas esse significassent f, causas poenæ sciscitantibus s, Prometheus, quam bene de Jove meritus fuerit, et quomodo propter beneficia generi humano tributa iram sibi,

[•] v. 1. sqq. • v. 54. sqq. • v. 87—100

[•] v. 87—100. • v. 101. sqq.

v. 114. sqq. v. 127—192.

⁵ v. 193--196.

eius et pœnam contraxerit, enarrat h. Interea Oceanus quoque ad visendum Prometheum venit, equo alato, seu alite quadrupede, quem gryphem interpretantur, vectus i. Is flebilem propinqui casum deplorat, eumque a pertinacia abducere, et ut animi ferociam compescat, seque præpotenti Jovis numini submittat, persuadare cupit k. Imo se ipsum fortunarum ejus deprecatorem apud Jovem futurum profitetur. Ille vero tantum abest, ut amici voluntatibus obtemperet, ut potius iter ad Jovem, cui se Oceanus obtulerat, ultro ei dissuadeat, seque deorum regis iram, donec ipse eam remiserit, constanter perlaturum denuntiet 1. Itaque Oceanus obstinatum cum videns infecta re discedit . Chorus deinde tristem Promethei statum lamentari pergit a, eumque postquam beneficia sua hominibus tributa fusius exponentem audivit o, ut saluti suæ consulat. monet, ac se de futura ejus liberatione bene sperare profitetur P. Respondenti Prometheo obscura quædam verba de fatali necessitate, quam ne ipse quidem Jupiter evitaturus sit, excidunt; quorum explicationem petente Choro constanter detrectat, salutem suam ejus rei reticentia contineri significans 9. Chorus inde reverentiam suam erga summam Jovis majestatem declarandi, Prometheique monendi, et ob animi ferociam amice objurgandi, occasionem capit . Tum Io scenam ingreditur, Inachi filia, quæ propter sævam Junonis iram æstro acta, vagisque per orbem terrarum erroribus exercita, in hanc quoque Scythiæ oram pervenit . Cui quum se Prometheus cognoscendum præbuisset, petenti ut sibi causas pœnarum, quas patiatur, enarret, et quinam sibi errorum finis futurus sit, aperiat, neutrum quidem ille recusat; prius tamen, ut ipsa Nympharum choro causas ærumnosi exilii facieique misere deturpatæ enarret, impetrat t. Narrationem " Chorus mœrore et lamentatione prosequi-Tum Prometheus Ioi, quinam eam porro labores et itinerum pericula maneant, et quo pacto tandem in Ægyptum delatam Jupiter eam saluti pristinæque formæ restituturus sit, vaticinatione declarat 7. Simul, ut verbis suis fidem faciat, Ioi partem itineris jam peracti, et nonnulla, quæ ipsi huc advenienti acciderant, narrat . Tum Io novo furoris accessu agitata discedit . Chorus autem æqualitatem conjugii carmine celebrat, et potentiorum numinum amorem aversatur b. Prometheus, qui jam Inachi filiæ se ab heroë quodam ex ejus posteris oriundo vinculis liberatum iri prædixerat, post ejus abitum Jovi male ominari pergit, eique nuptias quasdam fatales esse denuntiat; quas si contraxerit, eum a filio, quem ex hoc conjugio suscepturus sit, de regni possessione

```
h v. 197. sqq.
                                            v. 526-562,
i v. 284.
                                            • v. 563. sqq.
• v. 614-644.
k v. 507. sqq.
1 v. 330. sqq.
                                            w v. 645-691.
m v. 393.
                                            × v. 692. sqq.
n v. 397. sqq.
                                            y v. 702. sqq.
v. 829—882,
• v. 436-506.
P v. 507-510.
                                            • v. 883. sqq \
4 v. 511-525.
                                            • v. 892-914.
```

deturbatum iri c. Venit igitur Mercurius a Jove ablegatus, qui Prometheum patris nomine, quænam sint istæ nuptiæ regi deorum fatales, edicere jubet d. Prometheus antem ab animi fortitudine adeo non discedit, ut audacius etiam vociferetur, nec tanquam captivus cum Jovis legato, sed tanquam liber cum servo loqui videatur c. Mercurius, ubi se nihil verbis proficere videt, horribiles Jovis iras ac pænas denuntiat f, Chorumque monet, ut fugam meditetur, ne in summi, quod Prometheo jam impendeat, periculi societatem veniat c. Chorus autem amicum in ipso salutis discrimine deserere recusat d. Jamque subito fulgura ac tonitrua oriuntur; mare procellis intumescit; terra vehementi motu concutitur, ac Prometheus, ne his quidem terroribus victus, cum ipsa rupe, cui alligatus est, præceps in Tartarum deturbatur.

Actus hæc fabula non magis habet, quam ceteræ Græcorum tragædiæ, si nimirum hoc nomine intervalla notantur, quibus scena omnino vacua relinquitur, aulæo, ut antiquis mos erat, sublato, aut, ut hodie fieri solet, e lacunari demisso. Nonnulli tamen, ut Heathius, quinque hujus fabulæ partes faciunt, quas item actus appellant; quorum ex rationibus actus primus versu 283. secundus v. 434. tertius v. 562. quartus v. 914. finitur. Multo autem aptius est scenas numerare, quæ personarum ingressu vel discessu continentur; et has quidem in textu, etsi non numeris, lineola tamen interposita, ac titulis personarum distinximus. Ita prima fabulæ scena incipit v. 1. secunda v. 88. tertia v. 114. quarta v. 284. quinta v. 397. sexta v. 563. septima v. 893. octava et ultima v. 952.

FABULÆ PROMETHEI VINCTI NOMEN, FUNDUS, LOCUS, TEMPUS, PERSONÆ, ORNATUS SCENICUS.

NOMEN tragædiæ, Περμηθεύς δισμώτης, quod ab ipso Æschylo profectum esse nullus dubito, sæpius ab antiquis scriptoribus citatur. Vocabulum δισμώτης occurrit in ipsa tragædia v. 119. Sæpe vero veteres simpliciter hanc tragædiam Περμηθία nominant; etsi duæ aliæ ejus nominis tragædiæ exstabant, a poëta nostro scriptæ, Περμηθεύς nempe «νεφύερες, et Περμηθεύς λυύμενος, de quibus in notis ad fragmenta dicemus. Attius ap. Ciceronem Tusc. ii. Prometheum nominat religatum asperis vinctumque sæsis, et Martialis quoque religatum appellat i.

e v. 915. sqq.

v. 951. sqq.

[•] v. 961. sqq.
f v. 1015. sqq.

[€] v. 1066. sqq.

b v. 1071-1078.

i Epigr. iv.

Fabulæ de Prometheo antiquissimus auctor est Hesiodus *. Sed Æschylus ejus narrationem aut plane neglexit, aut saltem, sive ingenio obsecutus, sive aliorum scriptorum auctoritate usus, aliter informavit, et consilio suo melius accommodavit. Ignorat certe noster ridiculam illam Hesiodeæ narrationis partem de fraude Promethei, qua Jovi pro carnibus ossa dolose multa adipe contecta apposuisse fertur. Sed universæ de Prometheo fabulæ origines ac vicissitudines, ne lectorem ab ipso statim limine ad diverticula abducamus, Excursu 1. latius persequemur.

Locus, ubi in hac tragedia Prometheus affixus esse fingitur, citra dubium est rupes Scythica; et recte quidem Stanleius observavit intelligi Scythiam Europæam, quæ ab Istro ad Tanaim pertinebat. Scythiam aperte Æschylus designat versu 2. Clarius etiam scenze, in qua fabula geritur, notitiam informat v. 415. ubi vicini Prometheis scopulis dicuntur Colchi, et Scythæ circa paludem Mæotidem. Æschylus itaque finxit Prometheum ad rupem quandam in desertis Scythiæ partibus affixum fuisse, ita quidem ut facie versus Occidentem hibernum conversus esset et Pontum Euxinum in prospectu haberet. Nam eum haud procul a mari alligatum fuisse exinde patet, quod sub finem fabula ipse ait se videre colum ponto misceri, furriraeanrai ail ne morre, quod, nisi e loco, ubi affixus erat, in mare prospicere licuisset, utique dicere non potuisset. Si vero aliis magis placeat scenam Promethei vincti versus Oceanum, quem Scythicum veteres appellabant, ac fortasse in promontorio Scythico, cujus hic ibi mentionem faciunt 1, ponere, pertinacius me repugnantem non habebunt. Hoc vero certissimum arbitror, falsam esse eorum opinionem, qui putant in hac fabula ex mente poëtæ Prometheum ad Caucasum religatum fuisse, et in hoc monte veram dramatis scenam esse quærendam. Id primum refellitur docta Grammatici observatione, qui ad vers. 1. hæc adnotavit ; igior di sara vir ποινόν λόγον έν Καυπάσω Φησί δεδέσθαι σόν Προμηθέα, άλλα πρός τοῦς Εὐρωπαίοις τίρμασι τοῦ 'Ωκιανοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν πρὸς την 'Ιὼ λιγομίνων ἰςὶ συμθαλιίν. Respicit nimirum Grammaticus, v. 725. ubi Prometheus Ioi suadet, ne fluvium, quem Hybristen appellat, prius transgrediatur, quam ad Caucasum montium altissimum pervenerit. Atqui si hæc verba is pronuntiasset, qui ipse in Caucaso versaretur, nihil fuisset ineptius. Accedit, quod Æschylo statim in principio Caucasus nominandus fuisset, si ibi voluisset hanc fabulam geri. Nunc diserte nominat Scythiam desertam, v. 2.; de Caucaso plane silet. Denique commentum hoc refellitur Chori carmine v. 411. sqq. ubi inter vicinas gentes, quæ miserari fortunam Promethei dicuntur, post Asiatas, Colchos, Scythas, ultimo demum loce nominantur Caucasi accolæ, ύψικεημνὸν οδ πόλισμα Καυκάσου πίλας νίμονται, de quibus profecto Chorus nec hoc modo, et alio ordine locutus esset, si în ipso Caucaso jam pedem fixisset. Sed Pauwium, et qui cum eo sentiunt, in errorem

Le Op. et Dier. v. 86. ac præsertim 1 v. c. Plin. Hist. nat. Lib. vi. Theogon. v. 521. sqq. c. 20.

induxit scriptorum Æschylo recentiorum narratio, qui uno ore omnes Prometheum ad Caucasum religatum fuisse testantur. Mirum ipsis videbatur tot scriptores Æschylo repugnare. Ridicule; quasi in fabulis poëtarum, quas alius alio modo contexit, consensus omnium exspectandus sit. Sed hanc famam de Caucaso Promethei religati sede, ne repugnare quidem Æschylo docebo. Neminem vidi interpretum, qui observarit, secundum Æschyli rationes Prometheum bis in excelsa petra vinculis constrictum fuisse, primum in rupe Scythica, deinde in Caucasi jugo. Atqui hoc primum intelligitur e Mercurii verbis , ubi Prometheo minatur, Jovem hanc petram, ubi affixus sit, fulmine disturbaturum Promethei vero corpus in Tartarum dejecturum esse. Post multos annos deinde eum rursus in lucem protractum iri demuntiat, ubi Jovis aquila jecur ei dilaniatura sit. Hic etsi Caucasus non nominatur. Æschylum tamen novo huic supplicio non aliam scenam quam Caucasum designasse, ex fragmento Attii a constat. Notum est hunc poëtam Æschyli Prometheum λυόμενον latine convertisse. Jam in loco hujus fabulæ, quem Cicero exscripsit, quemque inter fragmenta Æschyli exhibebimus, postquam Prometheus vivis coloribus cruciatum illum ex fero aquilæ pastu depinxit, hæc addit:

> Atque hæc vetusta seclis glomerata horridis Luctifica clades nostro infixa est corpori, Ex quo liquatæ solis ardore exudant Guttæ, quæ saxa assidue instillant Caucasi.

Neque vero existimare quisquam debet, scenam in ista tragœdia forte ab Attio mutatam, et cum Æschylus aliter instituisset, in Caucasum translatam fuisse. Id enim prohibent Ciceronis verba, quibus sibi aditum facit ad hujus loci commemorationem. Veniat Æschylus, inquit, non poèta solum, sed etiam Pythagoreus. Sic enim accepinus. Quo modo fert apud eum Prometheus dolorem quem ezcipit ob furtum Lemnium, unde ignis lucet mortalibus clam divius? eum dictus Prometheus clepsisse dolo, pænasque Jovi fato expendisse supremo. Has igitur pænas pendens affixus ad Caucasum hac dicit: tumque ipsi versus Æschyli sequuntur. Positum sit igitur nobis hoc inprimis, scenam Promethei vincti in Scythia, Promethei autem soluti in Caucaso fuisse. Hæc autem altera Promethei vincula posteritatem magis celebrasse mirandum non est, propterea quod Herculis facinore, qui ex iis Prometheum liberabat, clariora atque illustriora fiebant.

Temporis dici, quo scilicet actio fabulæ incipiat, aut peragatur, nulla in hoc dramate nota occurrit. Estque ea in adornatione totius tragædiæ simplicitas, ut spectator nusquam sentiat majus temporis spatium ad veritatem rerum quæ hic geruntur, quam ad fictam imitationem requiri. Nam etsi hoc fortasse cuipiam a veri specie alienum videri potest, quod Nymphæ vixdum sono ferramentorum audito, statim ad Prometheum advolant, cogitandum tamen est, eas non humano more bobus aut equis, sed potius mirabili genere vehiculi, h. e.

Prometh. v. 1025. 1029

Apud Ciceronem Tusc. Qu. ii. 10.

curru alato vehi; cui spectator celeritatem tantam, quantam maximam anime comprehendere potest, tribuere debet. Idem de Oceani adventu judicandum.

Personæ dramatis sunt, præter Prometheum, Vulcanus, Keárss et Bía, Chorus Nympharum Oceanitidum, Oceanus, Io, et Mercurius. In Codicibus quibusdam MStis inter personas dramatis recensentur rñ et 'Hearlis, quos, cum in hac Tragædia locum non habeant, ad Prometheum solutum pertinuisse Stanleius recte existimat.

Kęάτος et Biα jam ab Hesiodo memorantur, qui eos cum Zhλγ et Niπγ. Stygis, Oceani filiæ, ex Pallante filios esse perhibet. Has ait semper apud Jovem sedere, neque unquam ab eo segregari F. Biα autem in hac tragædia muta persona est. Κεάτος enim suo et illius nomine loquitur. Utramque enim simul in scena locutam fuisse, quod Stephano in mentem venit, nemini tredo post eum probabitur.

Chorum nympharum Oceanitidum quot personis constare jusserit Æschylus, definiri nequit. Longum earum catalogum præbet Hesiodus q. Multo autem pauciores in scenam invezisse Æschylum, ideo eredibile est, quod eas curru alato advenire finxit. Talem autem machinam haud magnum numerum feminarum capere potuisse facile intelligitur.

De artificio poëtæ in exprimendis harum personarum moribus propter eos, qui primum ex hac editione Æschylum cognoscunt, in extremo Excursu ad hanc tragædiam, quam h. l. disputare malo.

Quod ad scenæ adornationem attinet, extremus ejus paries (der Hintergrund des Theaters) absque dubio rupem repræsentavit, cui Prometheus affigebatur; ima vero scenzo pars aream planam ante istam rupem imitabatur; in qua Chorus consistere et saltare posset. Festivus enim est Pauwii error, qui quia in prærupta rupe res agenda fuisset Chorum conversiones Strophas et Antistrophas peregisse negat. Quasi scilicet, Heathius inquit, Nymphæ istæ circa ipsa rupis latera inter abrupta et præcipitia sicut glires hæsissent, ac non potius circa rupis basin solo æquiore et Chori conversionibus saltem non incommodo constitissent. Machinis in hac tragædia usum fuisse Æschylum dubium non est. Oceanitides enim non solum per aërem curru alato advehebantur, sed etiam aliquamdiu sublimes pendebant, antequam de curru in solum descenderent r. Oceani quoque ales quadrupes machina fuerit necesse est, quæ funibus traheretur. Quam callide vero ad fallendos spectatorum oculos has machinas fabricaverit Agatharchus architectus, cujus opera Æschylus utebatur, silentibus de ea re scriptoribus, incertum est. Personatos autem Græcorum histriones in scenam introisse tralatitium est. In Prometheo vincto ejus moris duo vestigia deprehenduntur. Primum quod 📆 Keuru insignis deformitas, ac truculenta

Theog. v. 385.
 P Similiter Callimachus hymn. in Jov. et Apollodor. lib. i.

Theog. v. 349. sqq.v. 135-276.

oris figura tribuitur ; quam larvæ forma expressam suisse credibile est. Deinde quod Io cornuta apparuit; nisi enim cornibus desormata suisset, non potuisset coram spectatoribus βούκερως aut κιράτις appellari . Quinimo sieri potuit ut persona, quæ Iùs caput tegebat, bovinam faciem, non cornua solum representaret. Certe sic διατροφην μορφης, cujus Io cum pudore mentionem sact, interpretari licet. Atque ita sub eodem schemate Io in scenam prodiisset, quo eam sub Isidis nomine apud Ægyptios cultam suisse ex monumentiantiquis apparet. Exitus denique sabulæ, tonitrua saltem excitatis quocunque modo fragoribus simulata suisse, nobis persuadet. Verum de universo apparatu scenico, quo Æschylus sabularum actionem ornavit, cum ad vitam Æschyli pervenerimus, copiosius disseremus.

* vers. 78.

* v. 592. 679.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΤΡΑΓΩΔΙΑ

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ...

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ. ΗΦΑΙΣΤΟΣ. ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. ΧΟΡΟΣ ΩΚΕΑΝΙΔΩΝ ΝΥΜΦΩΝ. ΩΚΕΑΝΟΣ. ΙΩ Η ΙΝΑΧΟΥ. ΕΡΜΗΣ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, - ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ΚΡΑΤΟΣ.

ΧΘΟΝΟΣ μεν είς τηλουζον ήχομεν ωέδον, Σχύθην ες οίμον, άβατον είς εξημίαν.

V. 2. acares sis acares e' sis Rob. Sed illud es vim appositionis et metrum turbat.

V. 1. X90vès --- wider. Hæc loquendi figura Æschylo familiaris est. Sic alibi yaias wisor, Theb. 306. et yis 'Axuidos widos, Pers. 486. et xúgus 'Arias wider, Suppl. 268. dixit. en-Lover x Serès wiser idem est quod alibi rnhueèn yan vocat ; extrema terræ ora; extremum terræ solum. Sic Ennius, lib. iii. Sed sola terrarum postquam permensa parumque etc. Hoc nomine veteres designant partim terras ultimas, quæ sibi cognitæ erant, partim eas, quas Oceano conterminas esse vel certo sciebant, vel saltem opinabantur. Sic Noster Æthiopiam endouede yn, Prometh. 813. appellat. Nam ut Orientem versus Indiam, et ad Occidentem Hispaniam, ita versus meridiem Æ-thiopiam, et versus Septentrionem Scythiam in ultimis terræ partibus ponebant; teste Ephoro apud Stra-bonem, lib. i. p. 34. ed. Casaub.

#πομες. Unde venerint, Κράτος non significat. Sed absque dubio eos Olympo descendisse poëta supposuit. Sæpius autem utuntur Tragici verbo #πω in exordiis personarum advenientium. Sic Oceanus: **πω δολιχῆς τίρμα αιλεύθου etc. Prometh. v. 284. adde Eurip. Hecub. v. 1. Medea 866. Androm. v. 309. etc.

2. Enúdny is oluor. Scythica via pro Scythica regione; sipes nempe h. l. non significat viam tritam, quod repugnaret sequentibus verbis acares is ien
uías, sed potius solum terræ, ubi ire aliquis potest. Eodem fere modo posuit Homerus, Iliad. ". 168. 800 vocabulum, cum dicit apes cellas sibi parare ido in wasantiere, i. e. in loco confragoso, pedibus certe viatorum non trito. " Σκύθην vero dixit δίμον pro Exu9:xòr, idque veteres Critici inobservatum præterire noluerunt. Eustath. ad Iliad. . p. 640. ed. Basil. 'Αττικοί και Δωριίις τοις κυριωτέροις Χρώνται άντι κτητικών, ώς φασιν οί παχεωνται ων Ελληνα ερατόν, τον Έλληνικό, ἄνθρωπον ήθος, άντι τοῦ ἀνθρωπον ήθος, άντι τοῦ ἀνθρωπον γένος, Έλλαδα διάλεκτον, δοῦλου γένος, Σκύθην οίμον: et rursus ad Iliad. i. p. 1467. ed. Basil. "Qowie di wae Αἰσχύλφ Σαύθης οἶμος, ὁ Σαυθικὸς, καὶ δούλον δί του γένος, το δουλικόν, ούτω

"Ηφαιςε σολ δε χεή μέλειν επιςολάς, "Ας σοι ωατήρ εφείτο, τόνδε ωεός ωέτραις

3. "Hφαιτι. Hic Ald. et Rob. puncto distinguunt. Stéphanus autem recte cum sequentibus conjunxit, sublato distinctionis signo; reliqui commate tantum exclamationem notant. μίλιν] μίλλιν cod. Ar. mendose. ἐνιτολλές Schol. contra versum et Æschyli usum; cf. Pers. 785. Suppl-1019. Lectionem denique ἐπιτολλές confirmant Eustathius qui h.l, citat ad Hom. Il. v. 25. Et Schol. Arist. Ran. v. 826. It. Hesychius, v. Ἐπιτολαί. Lectionem ἐνιτολλές in libro suo invenisse videretur Thomas Magister, vpce ἐπιτιλάμπη, nisi addidisset Æschylum ita scripsisse propter metrum. Quod cum ineptum sit (metrum enim hac ipsa lectione turbatur); non displicet Abreschii ratio, qui hæc verba Thomæ Magistri: καὶ ἐπιτολή ἀντὶ τοῦ προταγή, δὸς καὶ ἐπιτολή πας Αἰσχύλφ διὰ τὸ μίτρον τι Πορωηθεί, mutata distinctione hunc in modum sublevat, καὶ ἐπιτολή α. σ. σ. (δ δη καὶ ἐπιτολή) π. Αἰσχ. δ. τ. μ. ἐν Πε

nai nasignatos Pónes, neatrinas é nast-Observavit idem etiam YVNTIKÓS. Stephanus Byzantinus, voc. Zzú9ns. καί Σκύθης δμιλος, καί Σκύθην ές δίμον, zal TzúIns i eidness, quæ omnia in Æschylo uno inveniuntur. scil. præter h. l. Prom. v. 417. Theb. 879. Ita Lycophron γωρυτόν Σπύθην dixit, ut et deaxorra et xueor. Pari ratione Martialis Græcos secutus, lib. iv. epigr. 28. Indos sardonychas, Scythas smaragdos. Videtur autem poëta in ratione temporum peccare: appellat enim Sevthiam tempore Promethei, quem tredecim generationibus Herculem antecessisse ait, cum ipsa Scythia a filio Herculis nomen obtinuerit. Steph. Byzant. Ἐκαλούντο πρότερον Νομαΐοι, Σχύθαι δὶ ἀπὸ Σχύθου τσαιδὸς Ἡρακλί-Atque ideo cautius loquitur Herodotus, lib. iv. cap. 8. de adventu Herculis in eam regionem: in Severe τὸν Ἡρακλία ἀφικίσθαι ἐς τὴν μῦν Σκυ-Sinr χώςην καλεομίνην, apud eum enim ipsi Græci ad Pontum habitantes narrant Scythas a juniori Herculis ex Echidna filio nominatos. Sed si hæc concedantur, neque nomen Scythiæ antiquius Hercule sit, pariter etiam Poëtæ nostro concedendum est ita loqui κατὰ τερόληψη historiæ, ut et reliqui poëtæ etiam castigutissimi loquuntur." Stanl.

Ecaros sis ienμίας, inaccessam in solitudinem, quam pluribus deinde verbis Vulcanus describit v. 20. Comparari potest initium Philoctetæ Sophoclei:

Απτη μέν ήδι της περιβρότε χθονός Λήμνε, βροτας ἄςτιπτος, εδδ οἰκεμείνη. Fortasse autem his verbis designatur έρημέα Σαυθών proprie sic dicta, prima pars Scythiæ inhabitabilis ob nives, ut Plinius ait.

nives, ut Plinius ait.
3. "Houses. Postquam, quo in loco jam versentur actores, audivit spectator, sensiin in personarum notitiam venit; quæ quidem expositio sic ab Æschylo temperata est, ut nunquam a natura et veritate dialogi discesserit. "Houses sai di pro sai di a "Houses; apte comparavit Steph. locum Homeri Iliad.

a'. 282. 'A τριδη, σὸ δὶ παῦι τοὸν μίνος.
σὶ δὶ χρη μίλιν ἐπισλὰς, te jam
oportet mandata curare. Constructionem verbi μίλιν imitatur Eurip.
Bacch. v. 450. præivit autem Homerus, Iliad. i'. 490. Similis transitus
a scenæ declaratione ad negotii instantis commemorationem apud Sophoclem,
Philoctet. v. 15. ubi Ulysses ad Neoptolemum conversus ἀλλ. ἔρθο inquit δδη σὸν
τὰ λοῦθ ὑπηριτῶν.—Hesychius: ἐπισσο.
λαὶ, ἰψηλαὶ, ἐπ'[αγαὶ, λίσχύλες Προμηθιά.

4. as sor warne iprire, qua tibi pater tuus, scil. Jupiter dedit., Quæ enim hic izseodàs wareis nominat Κεάτος, ea deinde ἐντολὰ Διὸς, v. 12. wareos λόγοι, v. 17. 4(). βούλευμα τὸ Δίον, v. 624. appellantur. Quod autem hic nondum proditur Jovis nomen, sed tantum significatur, aptum est colloquii scenici legibus, quod non a principio statim omnia, quæ soire spectatorum interest, iis oggerere debet, sed sensim declarare, et ex crepusculo demum plenam lucem ostendere. ipii-To. Hesychius: Epeiro, intributo, int. τίλλιτο, ubi fortusse ad h. l. respexit. Suidas : ἐφεῖτο, ἐνετίλλετο. ᾿Αρισοφάνης: χθὶς οῦν Κλίων ἡμῖν ἰφεῖτ' ἐν ὧρα ἤκειν. 4, 5. webs wireass bynhonenus ad

suxum prærupte attum, pluralis enim pro

"Υψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν όχμάσαι, 'Αδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρηκτοις ϖέδαις.

66. άδαμαντίνων--- wiδαις] άδαμαντίνως wiδησιν άββήατως wiτραις Cod. Ar. άδαμαντίνως wiδησιν δι άββήατως wiτραις Cod. Reg. A. At in Reg. B. δι tanquam glossema superscriptum. άδαμαντίναις wiδησιν δι άββήατως wiτραις Ed. Ald. Turp. Garb. Victor. άδαμαντίναις wiδαις δι άββήατως wiτραις Rob. άδαμαντικών

singulari positus, quam sermonis figuram Æschylus valde frequentavit. Cf. y. 976, Kenures apud Pindarum sæpe de præruptis litorum riparumque marginibus dici notavit doctissimus ejus fragmentorum editor Schneiderus; p. 111. sq. eidemque poëtæ usurpatur eodem sensu vocabulum Ba-Suzenaves. Isthm. iv. 96. Nem. ix. Apud Nostrum igitur wireau υψηλόκεημνω commode intelligi possunt, rupes mari imminentes, aut non multum a littore recedentes. Apud Lucianum, in Prometheo cap. 1. Mercurius Vulcano commendat Caucasi πρημνός, et paulo post & ποτόμους σεί-Tess, affigendo Prometheo idoneas.

5. vor hougger. Glossas veterum ad h. v. collegit Stanleius. Hesych. Asmerin, κακούργον, πανωργον, άνδροφόνον. Sui-das: τον πάντολμον, τον υπέρ του λαού άποθνήσχοντα, η τον λαοίς σαρασχόντα το λργάζισθαι δια του συρός. Etymol. Μ. sic : Λεωργός ὁ τῶν ἀνθρώπων πλάσης. ἐπίθετον Προμηθίως παρὰ Λίσχύ-A. Archilochus, ap. Clement. Alex. Strom. 5. Teya Ameya dixit, opera facinorosa. E quibus multæ futiles sunt, aut certe Æschyleum vocabuli sensum pervertunt. Æschylus enim Prometheo creationem humani generis nusquam tribuit; fabulamque illam de hominibus ex luto fictis plane ignorat. Augyès itaque h. l. nihil aliud est, quam zazeveyes, zaveveyes, ac závroduos, facinorosus, et ad quidlibet audendum promptus. Hoc sensu occurrit apud Xenophontem, Memor. Socr. i. 3, 9. ubi Atueyérares cum Diqueueyérares componitur.

οχμάσαι. σχμα Hesych. int. πόραπμα; adeoque όχμάζων h. l. est 1. q. ποραίζων v. 64. et πιρκών v. 74. catenarum annulis constringere ac vincire. 6. εδαμαντίνων διομών tv δήρηντως τόδως. E lectionibus h. l. variantibus, quæ in codicibus MStis inveniumtur, hæc sine dubio præferenda. Sensus est: ferreorum vinculorum pedicis firmissimis seu nulla vi frangendis.

Ac in vocabulo will translatio inest. Proprie enim dicitur de pedicis, quibus equorum pedes vinciuntur, ne aufugere et discurrere possint. Sic Homerus, Iliad. v. 34.

"Erd' ใสสาย เราตะ Norudaur troriz dur

- - ἀμφὶ δὶ જન્નનો જાંદેવાદ દિવાદ χουσείας - - ἐμφιτους, ἀλύτους, ὅΦρἔ ἔμπιδον αὐθο - ἀίνοιεν

Νοςήσαντα ένακτα.

Et alibi Æschylus catenarum vincula χαλινούς appellavit, alia quidem metaphora, sed tamen item ab equestri apparatu ducta. Si vero widas h. l. nihil aliud nisi compedes significarent, absque illa translatione a pedicis equorum petita, frigida sane et incommoda esset locutio widas disper, tumque multo elegantius scripsisset Æschylus secundum Stanleii et Brunckii emendationem, αδαμαντίνων δισμαϊεν αβράκτοις ωτδών. Tum enim δισμώς verbum generis esset, ωίδη autem formæ vocabulum; et quia genus quidem specie, non vice versa species genere suo definiri ac circumscribi potest, aptius diceretur diena wider, quam πίδαι δισμών; sicut Germanice bene quidem diceretur unzerbrechliche Bande eiserner Fesseln; at unzerbrechliche Fesseln eiferner Bande ineptum esset. Ceterum Q. Calaber bis Prometheum le ἀβρήκτω δισμώ vinctum memorat, v. 340. x. 201. άδαμάντινα δισμά sunt ferrea vincula; χαλκιύματα enim appellat vincula Promethei Vulcanus, v. 19. et chalybis sonum se exaudiisse significant Oceanitides; et in fragmento Varronis, in quo sine dubio Prometheus loquens inducitur, Ego infelix, ait, non queum vim propulsare; nequicquam sæpe æratas manus compedes conor revellere. Itaque hoc adjectivum non ex poëtica recentiorum audacia æstimandum, cum dicunt diamantene Ketten; sed potius proprium vocabulum est, quo genus ferri duris-simi denotatur.. Sic et apud Pindarum, Py. iv. 125. adagances also ferΤὸ σὸν γὰρ ἄνθος, ωαντέχνου ωυρὸς σέλας, Θνητοῖσι κλέψας ὢπασεν τοιᾶσδέ τοι Αμαρτίας σφε δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην,

δισμών εν άδρήπτοις τάδαις Schol. Aristoph, ad Ran. Hanc lectionem ceteris omnibus præferendam duximus. Non solum enim auctoritate Codicis, quem Scholiastes adhibuit, sed etiam hoc argumento confirmatur, quod ex ea ceterarum lectionum ortus declarari optime potest. Librarius enim qui widaus scribere debebat, propter similitudinem clausulæ e versu 4. repetiit wireaus. Quod ut cum prioribus v. 6. verbis conciliari posset, fuerunt qui pro ἀδαμαντικῶν δισμῶν scriberent ἀδαμαντικῶς δισμῶς. Pro δισμῶς alii vel ex glossa, vel ex collatione aliorum codicum scripserunt widnen, vel widans, post àdapartirons. Sic Hesych. Jieμα interpretatur widai. Solemnis autem est Æschylo hæc verborum structura: ἀδαμαντίνων διεμών ἐν ἀἐρἡπτοις ανίδαις. Sic v. 64. ἐδαμαντίνου σφηνὸς αὐθάδη γνάθον. Stanleius vero hunc versum ita emendandum putabat: ἀδαμαν-ชางพา อิเคนอักา สำคัดรางเร พางิพา, quam lectionem suopte quoque ingenio repertam in textum recepit Cl. Brunck; que quidem quamvis sit elegans, veritatis tamen insignibus caret.

8. voicobi voi voicobi sine voi, versu claudicante Rob. 9. Scholiastes monuit to x dià tò to the; h. e. in codice suo voculam to signo

rei clavi, et ἀδαμάντινον ἄροτρον, Py. iv.

398. ferreum aratrum est.

7. To oor yae arsos. Jam apud Homerum Vulcanus fingitur ignipotens. ärdes h. l. est decus s. ornamentum, i. q. γίρας v. 38. Ignis nempe a Jove, cum is regnum cœli adeptus ceteris diis dona divideret, attributus erat. Male autem a Scholiasta hic vocabuli usus comparatur cum illo, quo Homerus dixit wveds avos florem ignis pro flamma vigore. Rectius cum usu vo-cabuli zudos contenderetur apud Homerum, Iliad. 7. 145. ubi eburneum equi maxillare ἄγαλμα dicitur ἀμφότεer κόσμος 3' ίππφ, έλατηςί τε κύδος.

ωυρος σίλας ignis jubar periphrastice; sicut in eadem re wugos augin apud Hesiodum. Theog. v. 566. Ipsum wueòς σίλας Homericum est, Il. σ'. 375. ut 'Aquisou silus Pindaricum. Pyth. 3, 69. Sed omnibus his locis σίλας et αὐγη magis proprie ponitur de splendore ignis late lucente; Æschylus vero non splendorem ignis, sed ignem ipsum significat; adeoque wueds σίλας est splendidus ignis. accedit Sophocleum illud to waynesτὶς σίλας ἡφαισότευατον, Philoctet. v. Apte tamen hoc vocabulum siλas cuni aνθους notione conjungitur. Quod autem σάντιχνον σῦς appellatur, id Prometheus ipse, v. 110. et 254. pluribus verbis exponit, unde apparet wárrszrer esse i. q. qui multarum et magnarum artium causam et subsidium prabuerit. Comparetur Plinii

locus, quem subjicimus. Hist. Nat. lib. xxxvi. c. 27. at peractis omnibus, que constant ingenio, artem natura faciente, succurrit mirari, nihil pene non igni perfici. Ignis accipit arenas, ex quibus alibi vitrum, alibi argentum, alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit. Igne lapides in æs solvuntur, igne ferrum gignitur ac domatur, igne cremato lapide cæmenta in tectis ligantur etc. Cum his Plinii verbis conferenda est Promethei beneficiorum a se humano generi tributorum enumeratio, v. 450. Prometheus tamen ea potissimum opificia designat, quæ ab arte ferrum ignis ope cudendi provene-

8. Δυητοίοι κλίψας Επασιν, mortalibus furatus præbuit. Commode laudavit Stanleius Attium, qui hæc pæne ad verbum expressit loco supra commemorato. Quod is ignem mortalibus dividere appellat, id Nostro est 9τητοῖοι οπάζειν. Recurrit hoc verbum v. 252.

Hesychius: ဆီအဆင်း, နေအစုံငိုးကေ. ကော်နေ စီး ကေး--- စီးဆက်, Hujus igitur peccati pænas oportet cum diis expendere. Non enim Joveni solum, sed omnes deos cœlestes hoc furto læserat Prometheus. Ita Mercurius apud Lucianum: in Prometh. p. 175. ed. Græv. ini war δί τὸ τιμιώτατον κτημα τῶν Διῶν τὸ **ω**ῦς ἴκλεψας, καὶ τοῦτο ἴδωκας τοῖς ἀν-Βρώποις; et paulo post: καὶ τὸ ανος κλίψας ανας ἡμῶν, ἐκόμισας ανας αὐ-TOÚS.

'Ως αν διδαχθή την Διός τυραννίδα Στέργειν, Φιλανθρώπου δὲ σιαύεσθαι τρόπου.

10

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Κράτος, Βία τε, σφών μεν έντολή Διός Έχει τέλος δή, κούδεν έμποδων έτι. Έγω δ΄ ἄτολμός εἰμι συγγενή θεόν Δήσαι βία φάραγγι ωρός δυσχειμέρω.

15

χ notatam fuisse; hoc aliquis fecit vel propter insolentiam, quod nesciret i. q. αὐτὰν esse, vel quod spurium existimaret; vel quod tantum in σφι mediam literam φ expungendam, et τὶ legendum censeret, ita ut in his verbis τοιῶτδι--δωῦται δίκην ad Prometheum oratio converteretur. 12. σφῷτ] σφῶτ Ald. Rob. Victor. etc. At Brunckius erudite observat σφῷν apud Atticos poĕtas semper monosyllabum esse, nec Æschyli ævo in hujus vocis scriptura locum habuisse , cujus subscribendi mos postea demum invaluerit, 15. δῆσαι] δίῶται Ald. mendose. πρὸς δωτχιμέρο μερὸς τῷ δυσχιμέρο Rob. ubi articulus e glossa intrusus est metro repugnante.

10. os de diday 9 i. q. Ina más 9, v. 62. ut discat hac animadversione monitus em Aois evenenida rispus, Jouis imperium et majestatem colere. Zeigyan etsi alias idem est, quod ferre, pati, nolim tamen h. l. vertere: Jovis imperium pati aut boni consulere. Collatis enim v. 29. 1011. apparet reverentiam erga Jovem hoc verbo significari:

Ceterum totum hoc voi Keárous exordium magnam vim habere debuit ad
spectatorum attentionem commovendam. Videbant enim Prometheum
humani generis amicum ad supplicium
duci, et quo duriorem se præbebat Roboris persona, eo majorem Prometheo
favorem et misericordiam conciliabat.
Quod autem Schollastes ad Aristoph.
Ran. v. 418. in versibus sex prioribus
nismii tumoris exemplum quæsivit, in
eo recte Stanleius hominis judicium
desideravit.

Jam Vulcanus respondet v. 12. sqq. Redres, Bin es. Ipsu hac allocutio duas esse personas es Redres ac riv

Biav persuadere Stephano poterat.
spāir µis, quantum in vobis est; lvreld
Lig.-Iri, Jovis mandata jam peracta
sunt (schon so gut als gethan) nihilque
vos praterea moratur, nihilque amplius
vobis impedimento est; perperam vertit Stanleius: neque quicquam adhuc
impedimento fuit. [µarodin non est, ut
Garbitius putabat, id quod ante pedes
est, sed potius i. q. [µarodin; monente,
quem Stanl. laudavit, Phavorino h. v.

14, 15. ίγω--δυσχιμίρω, ego vero non sustineo cognatum mihi deum ad tempestuosum hunc rupis recessum violenter deligare, aroxuós sius, a me impetrare non possum; suyyeri Irdi non de artis cognatione, sed de generis propinquitate intelligendum. Prometheus enim secundum Æschylum Cœli et Terræ ex Themide nepos est; Vulcanum vero Jovis filium, Saturni nepotem, Cœli autem et Terræ pronepotem omnes norunt. cf. v. 39. φάςαγξ neque barathrum est h. l., neque vorago, aut hiatus seu convallis, sed potius cavus ac sinuosus in rupe recessus, prominentibus e superiore parte scopulis, infra autem procurrente crepidine lata et plana, cui Chorus insistere et inambulare posset; (eine Felsenbucht, einer Nische ähnlich, über einem Ahsatze oder Terrasse.) cf. v. 142. Aliter φάραγξ usurpatur apud Lucianum in Prometh. init. ubi non wees vi paeΠάντως δ' ἀνάγκη τῶνδ' ἐμοὶ τόλμαν σχέθειν. Ἐξωριάζειν γὰρ ωατρὸς λόγους βαρύ.
Τῆς ὀρθοδούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα ωαῖ,
"Ακοντά σ' ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασι
Προσπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ ωάγῳ,
"Ιν' οὖτε Φωνὴν, εὖτε του μορφὴν βροτῶν

16. τῶτδὶ ἡμοὶ] hac scriptura cum Brunckio V. Cl. uti malumus. Vulg. τῶτ δί μοι τόλμαν] τόλμα MS. Ox. vitiose.

19. ἄποντά σ' ἄπων recte dedit Victorius pro eo quod est in Ald. et Rob. ἄποντ ἀπών σι, quæ lectio Spondeum adversus metri Iambici leges in secundam regionem invehit.

20. προσπασκαλύσω MS. Ox. perperam; illud enim Atticum est. πάγω] τόπω Rob. minus bene. πάγω significantius est, ac definitius. Hujus glossa est ἔρι, quod affert Morell. e marg. MS.

21. μορφὴν βροτῶν] βροτῶν μορφὴν Rob. Pro του Barthius adversar. lib. vii. c. 11. concinnius legi posse putat, που. Non est autem quod vulgatum sollicitemus.

aγγι sed ὑπὶς τῆς Φάραγγος affigi jubetur, i. e. supra convallem, seu præruptas fauces, quibus rupes illa scindebatur. Φάραγξ δυσχείμερς, quia frigoribus hibernis ac tempestatibus præsertim a maris vicinia subortis erat infesta.

16. wάντως δὶ, nihilo secius tamen, τολμὰν σχίθων periphrastice pro τολμᾶν.

17. Ερφιάζων... βαρύ, grave enim est, propter periculum, patris mei jussa negligere. Εδωριάζων ελιγωρών αποραπούων, Hesychius.

18. τῆς ἐρθοδούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα waī. Hesiodus Prometheum Japeti et Clymenes; Apollodorus Japeti et Asiæ; Æschylus autem, patre non nominato, Themidis filium facit. ἐρθοδοδοί autem vocatur Themis, sicut εὐδουλος apud Pindarum, Isthm. viii. 65. quia justitiæ et juri præsidere, imo ipsum jus et fas esse perhibetur. κίπυμῆτης, prudens, callidus, vafer. Similiter wοίκιλος dicitur, v. 308. et σοφιτής, v. 952.

19. axertá o axer, invitus te invitum--affigam. Valde amat hanc figuram verborum Æschylus, quam ad polyptoton referre licet. Sic v. 218. ixós) Ixorri Znii oumagagarii.

δύσλυτα χελχύματα, ferrea vincula, quæ vix solvi possunt, pro iis, quæ plane sunt insolubilia; e quibus se Prometheus vi sua plane expedire non posset. προσπασσαλεύεν χαλχύματι concisa brevitate effert, id quod latius ita esset eloquendum: aliquem catenis vincire, easque catenas clavis affigere, Quod sane duriusculum esset, nisi proprio vocabuli χαλιεύματα usu molliretur. Nunc cum hæc proprie ferramenta sint, asperitas dictionis mitigatur. :|

20. τῷδ ἀταν Σρώπω πάγω, scopulo inhospitali et ab hominibus longe remoto; non sævo, ut Garbitus transtulit. πάγος est scopulus prominens. Hesychius: πάγοι, αὶ ἰξοχαὶ τῶν πετερῶν καὶ τῶν ἐρῶν. Morellus comparatit Homer. Odyss. τ΄. 411. ubi στιλά λίς et πάγοι componuntur, hosque Schol. interpretatur πιτρώδιες ἰξοχὰς, vel εἰς ὕψες ἀνιχούσας πίτρας. Aptecomparatit Stanleius huuc Apollonii Rh. locum lib. ii. v. 1247.

21. ४४ व्यंतर क्ष्यानेत्र, व्यंतर स्वय ध्वर्क्नेत्र Beolor "Ofu, "ubi nullius mortalium neque vocem neque faciem videbis, mentale Zeugma, quo nihil frequentius. Sic Theb. v. 103. xriwor didogua." Stant. Sed horum locorum non omnino similis ratio est. Nam h. l. diversis rebus unum datur verbum, minime utrisque conveniens, quod σχημα λίξιως Rufi-nianus, p. 228. ed. Ruhnken. syllepsin vocat. Ceterum pro βεστών in Cod. Mosq. 2. male scriptum 9:00. De diis enim hic loqui non poterat Vulcanus, et quod mortalium mentionem facit, id ad majorem spectatorum misericordiam commovendam pertinet; in multis enim Promethei malis hoc sane durissimum erat, quod, cumpro hominum salute tot tantasque pœnas subiisset, eo in loco affigeretur, ubi nec e colloquio cum mortalibus, quos maximis beneficiis sibi devinxe-

Οψει, ςαθευτός δ΄ ήλίου φοίδη φλογί Χροιας αμείψεις ανθος, ασμένψ δέ σοι

22. τωθευτός] τατευτός Ald. Sic Hesych. Στατεύει, Βάλτει. Idem tamen: Σταθευτός, πεφλογισμένος δρέμα, quæ glossa haud dubie ad h. l. pertinet, adeoque vulgatam scripturam confirmat.

rat, solatii fructum capere, nec saltem aspectu prætereuntis forte hominis recreari atque exhilarari posset. Ideoque recte præcedit φωνάν, sequitur μοςφάν Beoras. Durum erat colloquiis hominum, durius aspectu quoque privari. Saltem extrema linea frui humanitate sua, haud nihil fuisset. Aliter autem pro diverso consilio Lucianus hanc scenam informat. Prometh. init. 200, inquit apud eum Mercurius, ea-Autor zai weerysier traveso dai zen, sis μη देखामार्गराण बर्गरम् रहे अर्थरम्बरस बर्गरा οί દાંગ્રેફબજના, ουτι μήν κατά το άκεον. aparns vàe ar ein rois xare. Haud paulo tamen aptius et convenientius hanc fabulæ partem instituit Æschy-

22. τωθιντός— ἀρείψεις ἄνθος, ubi ferventibus solis radiis tostus florem coloris perdes. τωθινίνι est assare, lentis ignibus torrere. Hesychius: Στωθιντός, πειθλογισμίνος ἡρίμω. Ἐςωθινμίνος, ἡρίμω ὑπό πυρός ὁπτημίνος, τωθινόνοι γὰς τὸ τῷ πυρὶ ἡσυχῆ χλιᾶναι κρίας ἡ ὀτιῦν. Suidas: Στώθινι, ὁπτώ. ᾿Αριτοφάνης:

—τὰς σπαίας τώθινι. In tanta rei claritate mirum est Stanleium ad ineptias etymologicas abiisse.

πλίου φοίδη φλόξ, splendidu solis flamma, h. e. fervidissimi solis radii, quibus ita expositus erat Prometheus, ut nulla arboris umbra recrearetur, nullum haberet adversus æstum perfugium. Sic apud Pindarum hortus, cui sol ardentissimus insistit, dicitur γυμιδε δξείπις ὑπαπούεμεν αὐγαῖς ἀλίου.

Olymp. iii. 44.

Χορῶς ἔνθος, flos coloris, color sanguine per totum corpus diffusus, sanitatis index, et magna pars pulchritudinis. Hunc Prometheus ἀμιίψι, mutabit, (sic Pers. 315. ἀμιίων χρῶτῶ πορφυρία βαφῆ scil. sanguinis.) candor enim corporis quotidie solibus perusti in atrorem, rubor autem propter cruciatam e vulnere in pallorem abibit. Miserabile spectaculum gravibus verbis et cothurno dignis descriptum! ἀσμίνω δί σαι—σκιδᾶ

πάλιν. Aliud phantasma ex ipsis naturæ fontibus haustum. Miseris enim, ægrotantibus præsertim aut vulnerum dolore laborantibus dies noctesque longiores esse videntur: mane vesperam, et noctu diluculum exoptant. Prometheus vero aliud quiddam habebat et majus, cur istam vicissitudinem anxie expeteret; interdiu enim solis ardoribus fatigatus noctis refrigerium; mane autem post noctur--na frigora recreationem diurni caloris desiderabat. ἡ πωκιλείμων νύξ, nox variegata, scil. sideribus picta, stolam induta. Sed hujus epitheti gravem brevitatem imitari Latini sermonis egestas non potest. Decor enim circumscriptione perit. Nox in monumentis etiam sic repræsentabatur, ut velamen sideribus pictum super caput teneret. Exemplum talis gemmæ apud Maffeum præbet Winckelmann Versuch einer Allegorie besonders für die Kunst p. 72. Ideo etiam ab Argonauticorum, quæ Orpheo tribuuntur, auctore εξερχίτων appellatur. Omnino autem verba conjunctim posita n sozzaλείμων νὸξ ἀποκούψει φάος hanc simul imaginem informare videntur: nox tibi velamine stellis variegato lucem abscondet; froh wirst du seyn, wenn dir die Nacht mit ihrem Sterngewand des Tuges Licht bedeckt. Ita fere Nonnus : פוץ מאצח שטב

ουρανδη αστρότητι διεχλαίνωσε χιτώνι. Pergit Vulcanus v. 25. အဆို χາກາ 9' ເລັດກາ natutinas, pruinam, cujus frigore corpus afflictum senties, sol rursus dissipabit. Recordentur lectores Prometheum adrupem Scythicam alligatum esse, ubi æstivi calores non impediunt nocturna frigora satis acuta. oxida præsens pro futuro; etsi antecessit ἀποκεύψει. Hanc temporum enallagen Tragicus noster frequentat. dopina di ca, lubenti tibi, valde desideranti hæc diei noctisque vicissitudo accidet. Similiter Homerus: 'Αχαιοίς ασπασίη τείλ-Auros implude vig. Iliad. 9. 488.

Ή σοικιλείμων νὸξ ἀποκρύψει φάος Πάχνην 3' ἐφαν ήλιος σκεδά σάλιν 'Αεὶ δὲ τοῦ σαρόντος ἀχθηδών κακοῦ Τρύσει σ' ὁ λωφήσων γὰρ οὐ σέφυκέ σω. Τοιαῦτ' ἀπηύρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου. Θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον, Βροτοῖσι τιμὰς ἄπασας σέρα δίκης 'Ανβ' ὧν ἀτερπῆ τήνδε φρουρήσεις σέτραν, 'Οςθοςάδην, ἄϋπνος, οὐ κάμπτων γόνυ.

25. ¾λιος] ¾λιον Ald. vitiose. 28. ἀπνίων] Sic ambo Codd. Regg. a Brunchio collati. Ed. Ald. (in qua vitiose omissum est η) Rob. Turn. Victor. etc. Stephanus e codice affert ἐντινων, quod probat Stanl. et recepit Morell. Vulgatus sensus æque bonus, major auctoritas. τέντου. Αιδ. Αιδ. Ολ. ita distinguit: τέντον Αιδ., Οιδ. γαλφ etc. quod sibi non displicere fatetur Morellus, ita vertendum: Tulia consecutus es, quamvis sis deus. At vero durum est h. l. clausulam periodi, quæ antecedente versu mellus finitur, sequentis versus initum occupare. Et amat Æschylus hoc genus figuræ, qua idem verbum, sed diverso casu, diverso etiam respectu deinceps ponitur.

29. ἀποπτάνων] ὑνοκτύντων Turn. errore operarum.

26. dii di voi saeévres axondèr nanoi rejosis d'. Semper autem prasentis miseria te agritudo macerabit, h. e. nullum tempus tibi doloribus vacuum, semper cum instantibus malis tibi conflictandum erit.

Sequentia: ὁ λωφήσων γὰς οὐ πίφυκί πω, non sic intelligo, quasi Vulcanus ad Herculem respiciat, qui liberaturus quidem olim sit Prometheum, sed nunc jam nondum natus sit. Ita potius explicanda est Vulcani sententia, ut cum Germani dicerent: dein Erretter soll noch erst geboren werden; h. e. nemo plane in rerum natura est, qui te liberare velit, aut possit.

28. σοιαῦτ' ἀππύρω τοῦ φιλακθρώπου σρόπου. Hunc igitur fructum cepisti tui in homines amoris. ἀπαυρᾶυ, frui, in bonam et malam partem accipitur.

29, 30. Seòs Sião yão edu cras, adeoque et ægre hoc laturos esse deos, et quam graves sint animorum exclestium iras, scire debebas, tamen haud veritus numinum iracundiam, becreis tipas saturas riça dians, mortalibus dona divisisti preter jus faque. The dians, partim quia furatus erat Ignem, partim quia Jovis consilia, qui homines perditum ibat, (coll. v. 234. sqq.) irrita fecerat. Jovis autem vo-

luntatibus obsistere, idem Vulcano ceterisque diis esse videtur, ac jus violare: quia penes eum summa est imperii, et ipsius juris legumque potestas. cf. v. 186. so.

25

stas. cf. v. 186. sq.
31. dry Drumingur. Pro quo facinore tibi jam ante rupem istam illetabilem excubandum erit. Peopeir ritur, ut nos de ægroto, quem morbus lectulo affixum tenet: er muss das Bette hüten; hoc tamen discrimine, quod Germanica locutio usu vulgi trita, Græca vero apud Æschylum novitate metaphoræ decora est. Similiter Prometheus ipse, v. 142. Thede pagayyes σχοπέλοις εν άχροις Φρουραν Εζηλου οχήew. drienn imminutione rei cum amara quadam ironia: plus enim intelligi vult; nempe tristem illam petram, et horridam esse. de Gosádno, aumos, stutu erecto, insomnis. où xausron your hæc phrasis tropice plerumque usurpatur, ut significet i. q. non requiescens. γόνυ κάμψαι· αναπαύτοθαι, Hesych. cf. v. 395. Hoc loco tamen propius ad primitivam originem redit, simulque innuit Prometheum, ut erat omnibus membris vinctus atque constrictus, semper in eodem statu corporis perseveraturum, quem intolerabilis fatigatio secutura sit.

Πολλούς δ' όδυςμούς καὶ γόθυς ἀνωφελεῖς
Φθέγξη. Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες:
"Απας δὲ τραχὺς ὅςις ἀν νέον κρατεῖ. 35
Κρ. Εἶεν. τί μέλλεις καὶ κατοικτίξη μάτην;
Τί τὸν θεοῖς ἔχθιςον οὐ ςυγεῖς θεὸν,
"Όςις τὸ σὸν θνητοῖσι ωροῦδωκεν γέρας;
"Ηφ. Τὸ συγγενές τοι δεινὸν, ἢ θ' ὁμιλία.
Κρ. Ξύμφημ'. ἀνηκουςεῖν δὲ τῶν ωατρὸς λόγων 40

33. σελλούς δ'] λὶ delet Ox. quod ad vinciendam orationem abesse nequit.
35. νίον] νίου Ald. vitiose. νίος Garb, νίως MS. marg. ap. Morell. Vulg. fluxit a
Rob. in ceteras edd. Recte.
39. σει deest MS. Ox. hiante metro.
40. ξύμξημέ] συμφυμέ mendose Ald. Rectius σύμφημέ Rob. etc.

35. Lorus di renzus...et asperi sunt omnes, qui nuper demum regnum invuserunt. Male Garbitius alteram lectionem Tris di vies neary sic interpretabatur, quasi de juventute Jovis, non de regni novitate sermo esset. cf. v. 95. 149. 310. 389. 963.

Ceterum tota hee Vulcani oratio benevolentiam erga Prometheum prodit, ac sine dubio flebili actoris pronuntiatione sustinebatur. Quæ enim de cruciatibus miserum hunc Titana manentibus commemoravit, non eo dixit, quod ejus malis illuderet, sed quod ipse acerrimo sensu miseriarum ejus perculsus lamentari cas cœco animi impetu cogeretur; nec vero alio consulio verbus castigat amicum ob noxan, qua sibi heec mala consulto ipse attraxerat.

Longe alius 📆 Kęźru animus est, quod numen, Prometheo infensum, cruciatibus ejus illatatur, Vulcanoque misericordiam vitio vertit.

36. Liv non significat satis de his; sed est concedendi formula: Sit ita ut dicis. Ja, ja, das kann alles seyn.

ri μίλλιε; omissum est ἀλλά. Verum quid ista cunctatio, quid vana hujus miseratio est?

37, 38. rí rès--- mesidents piese. Cur tu istum deum omnibus diis invisissimum non item odio prosequeris, qui munus suum, iguem quem tibi Jupiter honoris causa attribuit, mortalibus prodidit. viçus sæpe apud Homerum occurrit de pramio s. homorario heroibus distributo. Cf. v. 3. et v. 229. Incendere cupit Kęńres Vulcanum, dum ei domesticam injuriam a Prometheo acceptam in memoriam revocat.

39. To supports To derror, & S' opinia. w h. l. est nimirum, idemque valet ac si Vulcanus dixisset: Tu quidem miraris me huic Prometheo, qui me ignis furto læsit, non iratum et infensum esse; sed nimirum denter to supperts, magnam vim habet consanguinitas et consuctudo diuturna. Sæpe apud tragicos vocabulum Juri hoc sensu reperitur. Ita Noster, Theb. 1033. Turbe To moure σπλάγχνον οδ πεφύπαμεν. Eurip. Phœ-niss. 358, διενον γυναιζίν αι δι ωδίνων yerai. Andromach. v. 985. ed supports yae denor. Ceterum ed supports pro i suppisses frequenter ponitur. cf. v. 289. Sententiæ causa comparat Stanl. Quintilian. Decl. 321. Consuctudo alicnos etiam ac nulla necessitudine inter se conjunctos componere et adstringere officius potest; et Petron. Vetustissima

consuctudo in sanguinis pignus transit.

40. ξύμφημε i. q. antea elso. Largier, concedo. ἐνηκουστίν---δίν τε πῶς; at patris jussa qui tandem possis negligere? Vulcanus ipse dixerat hoc grave esse, v. 17. Κράτος id plane negat fieri posse. ἐν τοῦτο διμαίνας πλίου; Nonne hoc magis metuis? Vereris tu quidem, inquit, consanguineum vincire. At pater est, qui hoc fieri jussit. Qui si te dicto audientem non esse resciret, horribilibus te pomis

Οίον τε ωώς; ου τουτο δειμαίνεις ωλέον; Ήφ. 'Αεί γε δη νηλης σύ, και θράσους ωλέως. Κς. "Ακος γάς ούδεν τόνδε θρηνείσθαι. σὰ δὲ Τὰ μηδὲν ώφελοῦντα μή σούνει μάτην.

'Ηφ. Ο σολλά μισηθεῖσα χειρωναξία.

Κς. Τί νιν ςυγεῖς; ωόνων γὰς, ὡς ἀπλῷ λόγφ, Των νου σαρόντων ούδεν αίτία τέχνη. 'Ηφ."Εμπας τὶς αὐτὴν ἄλλος ἄφελεν λαχεῖν.

41. οίον τε πως; ού] In quibusdam veteribus libris ita scriptum reperit Steph. οίον σε; Tos; ob-interrogationis nota post ve et iterum post ve posita; quod ille recte sic explicat: ล๊อุล งอนเรียง, อิบาลาอง เราะเ ล้งพระสุเรง ระติง ระ สลาอุอิร มอ์ทูลง; สตร; scil. เร็ก สิ่ง devarir; Nactus est etiam, qui interrogationis nota post offer re posita, particulam TW; cum sequentibus jungerent; hoc nimirum sensu: Num committere potes, ut patris jussa negligas? Qui fit, ut hoc non magis reformides? Verumtamen in vulgata sensus idem, vis vero major inest, propter inversionem particulæ wes ad finem rejectæ. 42. así ys dis aisí re di Ald. Victor. aiss res (pro re mendose) di Rob. Connexio verborum ye postulat, non re. Seurous] Suerous Rob.

afficeret. Nonne igitur harum pænarum horror omnem tibi misericordiam Promethei expectorat?

Respondet Vulcanus v. 42. dei ye δή νηλής σύ, και θράσους πλίως. Imo tu semper immitis es et audaciæ plenus. Particulæ vì di sic referentur ad præcedentia, ut ea partim concedant, partim limitent. Sensus est: Sane equidem Jovis iram revereor, attamen cognati misericordiam animo exuere nequeo. Tu vero semper immitis es, tu ad quidlibet audendum promptus. Tu ita-que siccis oculis vel fratris cruciatum spectares, nedum ut Promethei te mise-Ceterum recte contra Pauwium Heathius monet, cur hæc potius τη Βία quam τω Κράτει dicta existimentur, causam non esse. Nam & Bias persona est muta, ad majorem scenæ apparatum inducta; quæ cum verbum nullum ore protulerit, quomodo Vulcanus responsum, quod ve Kearsi dare debebat, ad rnv Biar converte-

43. ἄχος γὰς οὐδὶν τόνδι θεμνεῖσθαι, nihil enim prodest hunc lamentari; non est remedium ejus malorum. In particula yae inest concessio quædam. Largitur enim Keáros Vulcano, misericordia se non commoveri, ubi ea nihil proficiatur.

44. σὺ δὶ---μάτην, tu igitur noli quæ nihil prosunt frustra agere. Hunc versum citat Clem. Alex. Strom. lib. v. quod Stanl. observavit.

45. δ πολλά μισηθείσα χειρωναξία. Adeo Vulcanum crudelis hujus ministerii pœnitet, ut etiam totam artem fabrilem oderit, quam alias sibi decori et ornamento esse, et qua se multos sibi deos sæpe devinxisse non ignorabat. zuewragia cum omnino quamcunque manuum operam, ut Choëph. 759. tum inprimis opificium denotat. h. l. fabrilem Vulcani artem intelligi e responsione τοῦ Κράτους clarum est, cf. v. 46.

46. Ti vir guysis; cur autem istam aversaris? πόνων γὰς τῶν νῦν παςόντων etc. præsentium enim malorum, quæ Prometheo imminent, ars tua causa non est. ws and diffe soil. elari, ut paucis dicam quod res est. Germ. mit einem Worte; kurz und gut gesprochen.

48. Luxas nihilo secius tamen vis aiτην άλλος ώφελεν λαχείν vellem ea non mihi sed alii obtigisset, cum Jupiter dona cœlestibus divideret. λαγχάνων h. l. simpliciter est accipere, non sorti-tione accipere. Quamvis enim Homerus Jovem, Neptunum, et Plutonem mundi imperium sorte inter se divisisse fabuletur, Iliad. xv. 187. sqq. Æschylus tamen reliquis diis omnibus jura ac munera ab uno Jove pro arbitrio distributa esse perhibet. cf. v. 229.

Κς. "Απαντ' ἐπράχθη ωλήν θεοῖσι κοιρανεῖν.

αφιλε invito metro Ald. ἄλλος ὅ. λαχιῖν] ἄφιλε λαχιῖν ἄλλος Rob. inversione metrum pervertente.

49. ἄπαντ' ἐπεάχθη] ita MSS. et edd. consensu. Stanl. vel ἐπεάχθη interpretandum cum molestia aguntur, vel ἐπεχθῆ molesta legendum censet. Pauw corrigit: ἄπαντα πραχθῆ, omnia fiant praterquam etc. Heathius ἄπαντ' ἐπεάχθη 'ν pro ἰπεάχθη ἄν, h. e. omnia fieri potucrunt praterquam etc. Optime Abreschius, antiquam lectionem fuisse ἐπεώθη, camque fortassis æque atque alteram ἐπεάχθη propter duas tragædiæ editiones ab Æschylo profectam esse existimat. Lectionem ἐπεώθη Scholiastas secutos esse putat, qui sic ver-

49. ἄπαντ' ἰπράχθη πλην Θεοῖσι κοιρανιῖν, omnia sunt diis acquisita praterquam imperare. Θεοῖσι pertinet ad ἐπράχθη, non ad κοιρανιῖν, quod fugit Grotium, qui sic h. l. vertit: Cuncta assequaris, prater imperium in deos. Simillimus est constructionis ordo in Euripidis fragmento: οὐκ ἔςιν οὐδιν χωρὶς ἀνθρώποις θεοῦ. Ηἰς χωρὶς cum θεοῦ construendum plane eodem modo interjicitur inter verbum et dativum, ut h. l. πλην particula inter ἐπράχθη et Θεοῖσι. Ceterum digna est qua cognoscatur Abreschii in h. l. animadversio; eam ἰgitur, resectis qua ad h. l. non pertinent, subjicimus.

"Cum in hoc Roboris responso Vulcanum acquievisse appareat et sine mora peregerit jussa, quæritur, quo sensu prior responsionis pars anara iπράχθη πλην θεοίσι ποιρανείν intelligenda sit. Cl. Stanleius Scholiasten ita accepisse putat, ut neget Jovi imperium fato esse datum. Eam vero responsi mentem esse non posse dicit, quod Jovi æque ac Diis reliquis munera fato concessa doceant poëtæ, et ipse Æschylus v. 518. Deinde dubitat an iπεάχθη usquam, qua Critici interpretantur notione, reperiatur ob-Atque his positis fundamentis contendit, sic acceptæ responsionis vim nullam futuram fuisse ad compescendas Vulcani querelas, qua tamen ut verissima acquieverit, concluditque adeo legendum irax97. Scil. hoc ut dicat Robur: frustra Vulcanum queri de sua sorte, aliis invidere suam, cum sint et illorum munera labore et molestia plena et uni Jovi datum sit immuni vivere. Verum enimvero, quanta etiam veri specie primo intuitu hæc ita disputet vir doctissimus, tamen si propius inspicias, falsissima esse, et ab Æschyli mente alienam prorsus explicationem pariter atque emendationem,

mecum scio fateri debebis. Nam quod primo dicit Scholiasten negare Jovis imperium fato deberi, sic non est. Manisesto enim distinguit Poëta inter Jovem et Deos reliquos; de illo loquitur v. 50. de his v. 49. quem et Schol. a. solum explanat verbis: Tuis φασιν, ότι πάντα iz μοιρών δίδοται τοις Βεως, πλην το άρχειν. Quo quid aper-tius? Sed si vel maxime dubiis conceptum verbis hoc scholion V. Cl. videbatur, omnem scrupulum eximere Schol. B'. poterat, qui recensitis variorum numinum muneribus et prærogativis, τὸ δὶ βασιλιύτιν μόνος, (ita lego pro μόνος,) ὁ Ζεὺς ἰκληςώσατο. Quæso quid dilucidius? Sed videtur Viro docto adeo placuisse emendatio, ut rem acu tetigisse persuasus accuratius examinare scholia supersederit. Adde quod vel citra omnem veterum Criticorum explanationem, modo ireax9n notet weigai, Titumarai, in moieus iyiyouss, ut exponunt, et de quo mox videbimus, verba Æschyli non aliter intelligi queant, quam vel quo cepere scholia, vel hoc saltem sensu: reliquis Diis hoc fatali necessitate injunctum, ut quanquam aliis gaudeant omnibus prærogativis, libere tamen agere non liceat; Jovi contra soli id concessum, uti pro lubitu illis imperet, ipse ab alio imperio liber agat. Et quo si sumantur modo, idem prorsus hic loci dixerit auctor, quod v. 186. δτι πας ίαυτῷ τὸ δίπαιον Ιχιι ὁ Ζιὺς, et v. 324. δτι τραχύς μόναρχος οὐδ ύπεύθυνος πρατεί. Itemque Sophocles:

Οὐδὶ θιοῖσιν αὐθαίριτα πάντα πίλον[αι Νόσφι Διὸς, αιῖνος γὰς ἔχιι τίλος ἡδὶ ααὶ ἀρχήν.

Utrocumque autem sensu accipiantur, efficax satis, ni fallor, responsi erit vis ad finiendas Vulcani querelas. De Viri Cl. vero explicatione quid dicam aliud? quam aullo eam paoto

Έλεύθερος γάρ οἄτις ές) πλην Διός.

bum, quod legerunt, explicant, in μοιρών δίδοται, λυιγόνιι in μοίρας. Alteram vero lectionem la ράχθα idem rectissime interpretatur, acquisita, s. conciliata sunt.

admitti posse, tum quod dissimulet plane re sarra, et quo addito omnis denegabitur diis beatitas, quod quam sit alienum a paganorum de diis suis opinione, quis non videt? tum quod de artis molestia, nisi quatenus ea cogebatur Jovis jussa exsequi, Vulcanus ne yen quidem; ceterum Jovi obe-diendi necessitatem usque inculcat Robur, queritur ille. Videantur mo-Robur, queritur ille. do, quæ præcedunt. Quare cum omnis loci difficultas resideat in imeaxon, quod nec ego exputo, ita qui explicari possit, de eo accuratius hic erit agen-Ad Scholiastas quod attinet, audacter asseverare ausim, eos aut aliam vocem reperisse, quam exponerent, aut non intellexisse, qua virtute iπεάχθη adhibuerit Tragicus, cumque vel legissent, vel ex aliis criticis didicissent deorum munera fati beneficio ex Poëtarum scitis possideri, nec alienum hoc esse judicarent ab responsionis mente, ita explicuisse, tanquam revera vocem invenissent, cui ista no. tio conveniret. In quam opinionem ducere videntur verba Schol. a'. Turic pasiv. Sed erunt, prævideo, qui, quod hanc ignorantiæ notam criticis inustam nolint, aliter eos potius legisse contendent; in quibus et ipse lubens nomen profiterer meum, nisi alia omnia sentire suaderet difficultas illico indicanda, absque qua esset, hunc in modum crisin instituerem: Certum videri veteres criticos aliam vocem invenisse. Nullam propius ad receptam lectionem accedere, metri legibus satisfacere, atque ita exponi potuisse, quam inges 3n, quod, cum nimis devium esset, nec intelligerent librarii, in ubivis obvium ireax 9, more suo commutasse. Fuisse autem præter notissimum -ireuses attem præter notassinum sa-reuses et mureupiror isir alia item tempora verbi meim olim usitata ne dubitemus, facere Hesychium et Sui-dam, qui et imeure agnoscant. Ad-derem, quam recte explicuerint Schol. per voces Seigai, rigurarai, ex eodem patescere Hesychio iisdem utente in exponendo τῷ ἐπρωται. Verum cum loco convenientissima, nimisque docta mihi videatur lectio vulgata,

quam ut ab imperita amanuensium natione eam mihi profectam persuadere valeam, non video, qua alia ratione acciderit, ut notionem tribuerent, mihi perinde, atque Cl. Stanleio suspectam, quam quia, ut dixi, non adsequerentur vim verbi, et hinc, ut poterant, interpretarentur. Vel quæ sola pro Scholiastis afferri posset excusatio, dicendum foret, duas olim hujus dramatis indiorus ab ipso auctore prodiisse, quarum in altera, cujus apographos habuerint Critici, dederit i-சம்பிர, altera, quod nunc legimus, iπεάχθη. Ita autem ut statuam, varia suadent. Fingit enim Æschylus regnum Jovi dolo et occultis magis machinationibus, quam vi partum, v. 206--214, eoque potitum Jovem; (de fato altum est silentium) reliquis diis sua cuique munia, suos honores distribuisse, v. 228. coli. v. 440. et utrobique Schol, nec non Hesiod. Theog. v. 74.

50

Κάρχει νικήσας πατίρα Κρόνον εδ δὶ ἔκαςα 'Αθανάτοις διίταξεν ὁμῶς καὶ ἐφίφραδε

τιμάς. adde v. 112. et v. 880. sqq. quem manifesto sequitur Noster. Quumque mentai Tim Ti usurpari soleat interdum pro occulta et clandestina machinatione acquirere et conciliare aliquid, (unde et sæpissime notat prodere. Vid. Cl. Dukerum ad Thucyd. lib. iv. c. 89.) res ipsa loqui mihi videtur, vocem non aliam antiorem magisque significabilem adhiberi potuisse; ut qua tacite innuetur diis cunctis per clandestinam illam molitionem, qua Saturnus regno exutus est, omnia acquisita esse; monebiturque adeo Vulcanus, cum in facta illa divisione Jovi regnum sibi soli vindicanti atque reservanti, nec ipse nec alius deorum contradixerit, unusquisque, quam tulit, sorte contentus fuerit, haud æquum esse, eum nunc artis pœnitere, Jovisque imperio obedire gravari, cui omnes omnino deos subjectos esse sciat. Ea autem quam dixi significatione verbo utitur Noster iterum in Agam. v. 1364. φρωμιάζονται, ώς τυearrides σημία πράσσοτις πόλμ. et Soph. in Ajace, v. 446. ubi conf. Tri'Ηφ. Έγνωκα, τοῖσδε κ' οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.
Κς. Οὐκουν ἐπείξη δεσμὰ τῷδε ωεριδαλεῖν,
'Ως μή σ' ἐλινύοντα ωςοσδερχθή ωατής;
'Ηφ. Καὶ δὴ ωρόχειρα ψάλια δέρκεσθαι ωάρα.
Κς. Λαδών νιν, ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει
'Ραιςῆςι θεῖνε, ωασσάλευε ωρὸς ωέτςωις.
'Ηφ. Πεςαίνεται δὴ κ' οὐ ματᾶ τοῦργον τόδε.
Κς. "Αρασσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμή χάλα.

35

52. εδπουν] εὐπῶν Ar. 53. ἰλινύοντα] Ita codicibus suis obsecutus soripsit Brunck; qui recte observat geminationem litteræ ν in lectione vulg. ἰλινύοντα peperisse prosodiæ ignorantiam, cum in ἰλινύω ι per se longum sit. 54. ψάλια [ta Canter etc. ψάλια Ald. Rob. Victor. ψίλια Turn. 55. λαξών νη] Ita omnes edd. et codd. collati. Stanleius conj. βαλών νην, sine causa idonea; Pauwius, cui insolens ac durum videbatur νην αθ ψάλια, non ad Prometheum trahi, excogitavit hanc lectionem: λαξών, νην, ἀμφὶ χιζείν ἰγικρατιῖ σθίνιι μαισῆρι βλίναν, νασσάκτου νης στοτρατις, qua nibil fingi potest impeditius. Nec opus est tali medela, cum inter omnes constet νην utriusque numeri omniunque generum esse. 56. «τὸς στίνησας] Horum verborum loco in quibusdam libris Steph. reperit ἰβμαίνως, male ex ν. 65. huc translatum. 58. μᾶλλο μᾶλλο βράλα Rob, vitiose scriptum pro μάλα, quod ipsum nec versus, nec sententia patitur.

clin. Arist. tom. iii. p. 828. Aiysı bürde Amshmadir diredir, dextir ama wedaraur abasis." Hactenus Abreschius.

51. Igvana—Iga. Scio, neque habee quod contra dicam. Nempe, que Reserve de summo Jovis imperio dixerat, non hanc vim habebant, ut Vulcano novum consilium inderent, pristinamque opinionem evellerent; nam ipse jam sponte sua necessitatem Jovis mandato parendi fassus erat, v. 17. sed moræ tamen, quas adhuc ob misericordiam nexerat Vulcanus, hac Roboris admonitione rumpebantur.

54. καὶ δὰ πρόχυιςα ψάλια δίρκενθαι πάρα. Aiqui jum in promptu sunt catenæ brachieles et ante oculos posite. Vulcanus enim cum malleo, cuneis et catenis in scenam ingressus, statim dira hæc instrumenta indignabundus in terram abjecerat. Hæc igitur jam Rotori nimium se urgenti monstrat. πρόχυιρεν: Ιτσιμες, ιύχυρής Hesychius.

ψάλια cum generatim annulos significat, tum annulum in freno, ipsum frenum, deinde annillaria denotat, unde fluxit h. l. significatio, qua de norvis aut catenia brachialibus (Handschellen) usurpatur. δίχειο Sai σάχει, videre licet. Sæpius hac forma pro σαχίνι utitur Æschylus.

Tagérs utitur Æschylus.

55, 56. λαθών νιν---τέτραις. Cape car
(catenas brachiales) et valida vi chroum
manus malleo tunde et petræ affige.
Vulcauus pedibus quidem debilis, at
manibus robustissimus erat. Ei μαιενίρα πρατιρέν robustum malleum tribuit
Homerus Iliad. σ'. 477. Observandum
vero est Prometheum ex Æschyli
mente non palo aut cruci ante petram, quod alii comminiscuntur, sed
ipsis petræ saxis ita alligari, ut vincula artubus circumjecta clavis affigantur.

57. περαίνεται δη, jom perficitur, που ματά ταθργον τόδε, neque segniter peragitur opus. Ita enim rectius hace verba exponuntur, quam vulgari ratione, neque frustra est. Οὐδ ἰμάτησε ap. Homerum, Iliad. π. 474. nom cessavit.

58. Epassi-undana Xala. Fortius tunde, constringe, muspiam laza. Dirum se supplicii exactorem prebet Robus.

Δεινός γαρ εύρεῖν κάξ άμηγάνων ωόρους. 'Ηφ. 'Αραφεν ήδε γ' ωλένη δυσεκλύτως. Κρ. Καὶ τήνδε νῦν σόρπασον ἀσφαλῶς, Ίνα

Μάθη σοφιτής ών Διὸς νωθέςερος.

Ήφ. Πλην τοῦδ' αν ούδελς ένδίκως μέμψαιτό μοι. Κρ. 'Αδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γνάθον

19. πόρους] πόρου edd. et Codd. consensu. Sed ap. Marcellin. vit. Thucyd. ed. Duker, p. 2. et ap. Schol. Aristoph. Equ. v. 756. legitur xógous, quæ lectio præter antiquitatem ideo se nobis commendavit, quod Æschylus fere solet in tali orationis forma pluralia pluralibus jungere. Sic v. c. ποιναὶ ἀμπλακημάτων v. 112. μόχθων τίρματα v. 100. etc. In Ar. legitur τρόπον, male. 62. Aiès νωθίστερις] νωθέστερις Διος adversus metrum Rob. 64. αὐθάδη γνάθον Στέρνων] αθθάδει γνάθω Στέριοι Garb. Vulgata præter auctoritatem e Codd. variatione dictionis præstat.

Et asyndeton in hoc versiculo festinationi ejus aptissimum.

59. δεινός γάς-πόρους.. Hic enim vel inextricabilibus nodis expedire se potest. ἀμήχανα ίεγα apud Homerum, Iliad. 9'. 130. λ'. 110. de summo rerum discrimine, cujus exitum reperire non licet; et ἀμάχανοι πολίμιοι κάματοι insuperabiles helli labores apud Pindarum. Pyth. &'. 37. Comparavit quoque Stephanus Aristophaneum illud: Equit. v. 756. zouzídos yae avne, zan των άμηχάνων πόρους εὐμηχάνους πορί-

60. Zeager non est aptatur, sed aptatum est. Hoc quidem brachium sic alligatum est, ut nullo pacto solvi possit. Αραρεν, ήρμόσθη, η παγίως δίδεται. Hesych .-- ys particula h. l. saltem, quidem, significans, exceptionem Roboris dicto opponit. Quamvis callidus sit, Vulcanus inquit, hoc certe brachium nunquam ex vinculis expediet.

61, 62. zai Thide---- Sirigos. Et alterum jam brachium firmiter adstringe, ut sentiat se sapientia et calliditate Jove inferiorem esse. πορπάζων proprie est πόρπη fibula adstringere h. l. ad catenas translatum. ἀσφαλῶς, ita ut securus esse possim eum nunquam elapsurum. Iva---van Sisseos, non est, ut quidam transtulit: ut discat segnior esse in Jove ludificando. Sed σοφιτής appellatur Prometheus ut v. 952. ob calliditatem et versutiam. சுழிநித சலிட்sigos Δiòs est veterator Jove tardior. Jovem σοφιτήν memorat Plato de Republ. lib. et apud Plautum Mercurius eum nimis scitum sycophantam

appellat, Amphitr. 1, 3, 8.

63., σελήν τοῦδ - μίμψαιτό μοι. Ρταter hunc, Prometheum, cui opera mea cruciatum affert, nemo jure operam meam vituperaverit. μίμφισθαι de operum exactoribus adhibetur, qui si quid vitiose aut negligenter factum est, id reprehendunt et mutari jubent. Operam igitur suam, quam in vinciendo Prometheo posuerat, negat quenquam jure criminando exacturum, nisi ipse Prometheus se nimis recte vinctum esse queratur.

60

64, 65. ἀδαμαντίνου --- ἐρρωμένως. Improbum jam ferrei cunei dentem per pectus adige et firmiter affige. Plane hujus versiculi sensum pervertit Garbitius, cum sic vertit: clavo adamantino mandibulam pervicacem valide usque ad pectus affige. De Promethei maxilla hic aliquem cogitare constructio verborum prohibet. yválos maxilla pro dente dicitur; et ut Virgilius vomeris dentem durum dicit, Georg. ii. 423. aut ut alibi, Georg. i. terrum unco dente recludi ait, (quod bene Cl. Heynius de ligone intellexit) ita h. l. σφηνὸς κἰθάδης γνάθος, des Keiles trotziges Gebiss; graviter et ornate. absans, pervicax, qui cedere nescit; sic fere, ut apud Homerum xãas avasêns, Il. 8. 421. violenter perrumpens. τίρνων διαμπάξ, per medium pectus, ita ut cuneus ad summum usque verticem adigatur. διαμαάξ. διόλου καθόλου, Hesychius. Atque hoc quidem unicum vulnus est, quod Prometheo infligitur: nam etsi omnes artus, manus, brachia, femora, et pedes ei alligantur, clavi tamen non ipsa

Στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ ἐρρωμένως. ἩΦ. Αὶ αὶ Προμηθεῦ, σῶν ὕπερ ς ένω πόνων.

Κς. Σὸ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὅπες Στένεις ; ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ωστέ.

Ήφ. Όςας θέαμα δυσθέατον όμμασιν.

67. σὸ δ αδ] σὸ δ δν Steph. in MS. reperit. Vulgata contextui aptior. 68. ἔνης σύνις] ὑσις-τίνις scribitur, ut antea v. 67. ὑσιςτίνα, Ald. Victor. Alteram scripturam refert Rob. quam a Stanleio, Pauwio, Brunckio probatam servavinus. Post τίνις recte Steph. interrogationis notam posuit. In Ald. Rob. puncti signo distinguebatur.

69. ἔμμασιν] Hoc loco Stephanus in Cod. interrogationis notam invenit.

Præstat autom hanc ἔρισιν διικτικῶς efferri.

membra perrumpunt, sed vincula tantum ils affiguntur. Et sapienter Æschylus hic sanguinis non meminit e vulnere manantis. Quod forte aliquis ita explicet, poëtam ex Homerica fictione diis non sanguinem, sed ichora tribuisse, quem in scena spectatorum oculis subjicere noluerit, quia fidem adhibere tall spectaculo non potuissent. Verum cum in Prometheo soluto, quod ex Attii fragmento liquet, sanguinem ex Promethei corpore ab aquila lacerato in Caucasi saxa stillare docuerit, hoc potius mihi spectasse videtur tragicus; quod ibi sanguinis effusio tantum narrabatur non in scena agebatur; hic autem, quia Prometheus ante ipsos spectatorum oculos affigebatur, si sanguinis mentionem fecisset, eum etiam profluentem videre voluissent qui in theatro sedebant. Prudens itaque poëta h. l. sanguinem silentio præterit; prudentius tamen forsan hanc scenze particulam plane omisisset; satis enim vel absque isto cuneo, pectus perfo-rante, ceteris membris vinctus erat Prometheus, ut se plane commovere non posset.

non potser.

66. al al—wiver. Heu, Heu, Prometheu, ingemisco propter tuas erumnas. Quia cuneus per precordia adactus incredibiles misero captivo dolores excitabat, Vulcanus ipse tenere se non potest, quin pressam parumper misericordiam cum suspirio effundat. Prometheus autem ne hic quidem ingemiscit, sed invicto animi robore tacitas se dolorum facibus urendum prebet, ne inimicis majorem cruciatibus quis illudendi occasionem offerat.

69. I'd ad ... Iring; Tu vero its-

rum tergiversaris; et Jovis inimicorum causa ingemiscis? Interrogandi nota huic dicto addita majorem ei vim conciliat. al zarozviis refertur ad v. 36. ubi eandem Vulcano cunctationem Robur jam exprobraverat. ig Sear pro singulari hic positum esse, neminem-que alium nisi Prometheum intelligi, scite observavit Brunckius V. D. in nott. ad Bacchar. Euripidis, v. 543. Et sæpenumero hæc orationis forma apud Æschylum recurrit. Observandum tamen est, nonnunquam pluralem pro singulari ita poni, ut, quamvis de propria quadam persona, ut h. l. Promethei, intelligi debeat, simul tamen ad universum genus, cui illa subjecta est, respiciatur. V. c. hic locus Germa. nice sic reddi posset, und darfst solche Feinde des Jupiter, als deiser ist, noch eines Seufzers würdigen? Alibi vero audacius hac figura utitur Æschylus, ut cum diemerar Surareus, Choeph. v. 51, pro unius Agamemnonis morte dicit.

68. ἔπως μὰ σαυτὸν οἰκτιῖς ποτὸ, vide ne tui ipsius aliquando te misereat. Ellipsin imperativi ἔρα ante ἔπως imitatur vernacula: Dass du nur nicht einst dich selbst bedauren musst! Iterum τὸ Κράτος Vulcanum Jovis ira terret.

69. spār....āµµærv. Vides spectaciplum oculis intolerabile. Siaµæ durSiarvo: gravitatem huic structurm Græcm linguæ genius addit, quo substantivum cum verbo aut adjectivo verbali ejusdem originis copulare licet. Est autem durSiarvo Siaµa, spectaculum, a cujus fæditate nemo non oculos averetere cupiat. Sic durSiara wiµara, v. 696.

Digitized by Google

D

Κρ. 'Ορῶ κυροῦντα τόνδε τῶν ἐπαξίων. 'Αλλ' ἀμφὶ ωλευραῖς μασχαλιστῆρας βάλε. 'Ήλ

'Ηφ. Δεάν ταῦτ' ἀνάγκη, μηδεν έγκέλευ' ἄγαν.

Κρ. Ἡ μὴν κελεύσω, κὰπιθωύξω γε ωρός.

Χώςει κάτω, σκέλη δε κίρκωσον βία.

'Ηφ. Καί δη σέπρακται τοὖργον οὐ μακρῷ σόνῳ. Κg. 'Ερρωμένως νῦν θεῖνε διατόρους σέδας,

73. πέφιβαθζω γε πρός] πάπιβωθζωσε, πρός mendose Rob. 74. χώρει πάπω, σπίλη δί] χώρει, πάπω δὶ σπίλη Rob. incommode. πίρκωσον] πρίπωσον Rob. 75. πόνω] χρόνω Rob Illud aptius. Facilitatem laboris, non celeritatem significat Vulcanus. 76. πέδας] πόδας Rob. forsan ex errore typographico.

70. tei...lwaklar. Nihil video nisi hunc meritas pænas luentem. Vehementer ferit animum admirabilis hæc duritiæ Roboris cum Vulcani miseriordia compositio, quam ipsa in verbis antithesis magis illuminat. Itaque nolim post õuuan intermogandi signo distingui; quo quidem certe opposi-

tionis vis infringatur.

71. ἀλλ'--βάλι. 'Αλλὰ h.l. ut επρο ellipticum est; quasi dicatur: Verum quid disputando tempus terimus! Tu potius fac lateribus catenas injicias. μασχαλιστός proprie est, ut Hesychius explicat, ὁ διὰ τῶν μασχαλίων δισμὸς τοῦ ὑποζυγίου, τὸ αὐτὸ καὶ μασχαλίς. Usurpatur etiam de ornamento axillarum; (Germ. Achselband) h. l. vero transfertur ad vinculum latum, quo latera adstringuntur, fortasse quia simul axillas complectebatur. μασχαλιστήσης, vel iterum plurali pro singulari posito, vel duo innuuntur vincula decussatim lateribus circumjecta.

72. Pertæsus importuni flagitatoris respondet Vulcanus: Necesse est hoc fucere; itaque aufer mihi istam im-

perandi molestiam.

73. ¶ μὰν κελιύσω --- weós. Imo vero imperare pergam, et altiore voes insuper clamabo. Novo lineamento imaginem durissimæ pertinaciæ tragicus absolvit. Petenti Vulcano, ut imperiis abstineat, respondet se clamores etiam additurum! Absolute vero hæc a Robore dicuntur, non tantum ad id mandatum, quod statim sequitur, pertinent. Itaque post κέπιθωϊών γι ωρός rectius puncto, quam commate aut colo distinguitur.

74. zágu zára. Non tragica solum

scenæ dignitas, verum etiam opinio de procera deorum statura postulabat, ut actor, Promethei personam acturus, quam procerissimus esset. Apposite igitur ad ipsam actionem scenicam dictum χώρι κάτω, descende. κίρκωσο βίκ, violenter annulo cinge. κίρκος s. κρίκος, proprie annulus, ad catenas transfertur; ut annulati pedes ap. Apuleium i. q. compedibus vincti.

70

75

puleium i. q. compedibus vincti.
75. καὶ δὰ, atqui jam. πίπεακται
τοδεγοι οὐ μακεῷ πότο. Sic ap. So.
phoclem Neoptolemus: Αναξ Οδοσειῦ
τοδεγοι οὐ μακεὸ λίγιις, quam lectionem ibi vulgatæ μακεὸι merito prætulerunt editores quidam, in his nuper
Gedickius; editione Philoctetæ Be-

rol. 1781.

76. ἐβρωμένως νῦν Siru, firmiter et valide nunc affige. Stanleius comparavit Lucianum in Prometheo: Σὸ δὶ, Ἡρωκες, κατάκλιι, καὶ ἀροσήλου, καὶ

την σφύραν έρβωμένως κατάφερε. διατόρους αίδας. Etsi vocabulum διά-Togos alibi et ab ipso quoque Æschylo active intelligitur, v. c. v. 181. non tamen h. l. cum Stanleio aut Garbitio penetrantes pedicas, h. e. que aciebus suis saxum penetrarent, significari putem. Sed potius perforatæ appellantur pedicæ, quia foramina inerant, per quæ clavis ad saxum adactis affigerentur. Sophocles, Œdip. Tyr. v. 1044. Œdipodis pedes perforatos appellat diaréδιατόρους πόδας cum Robortello legamus, prohibet superior verborum Roboris contextus. Ut enim v. 55. 44λια, v. 64. σφηνός γνάθου, v. 71. μαexalisheas, v. 74. ziezous memoravit, sic h. l. pedicarum mentionem fieri

85

'Ως δὐπιτιμητής γε τῶν ἔργων βαξύς.
'Ηφ. Όμοια μορφή γλῶσσά σου γηρύεται.
Κς. Σὰ μαλθακίζου, τὴν δ' ἐμὴν αὐθαδίαν
'Οργής τε τςαχύτητὰ μὴ 'πίπλησσέ μοι.
'Ηφ. Στείχωμεν, ως κώλοισιν ἀμφίδληςς' ἔχει.
Κρ. 'Ενταῦθα νῦν ὕδριζε, καὶ θεῶν γέρα
Συλῶν, ἐφημέροισι ϖροςίθει. τί σοι
Οἰοίτε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλήσαι ϖόνων;

80. τραχύτητα] Θρασύτητα affert Morell. e MS. marg. Vulgatum aptius et exquisitius.

Ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα

consentaneum est. Obiter monemus ut attendant tirones, quantum verborum copia delectetur Æschylus, cujus rei observatio hic ibi ad reperiendam lectionis veritatem proderit.

77. invequation, levus est exactor operum; h. l. Jupiter significatur, qui nisi recte vinctum deprehendisset Prometheum, poenas a Vulcano repetiis-

set. Bagis, durus, acerbus.
78. Justa -- yngisrau. Digna est faciei turpitudine lingua tua petulantia, Germ. dein freches Maul und deine hästliche Gestalt, eins schickt sich vortrefflich sum andern. Trucem vultum trucia verba decebant.

79. σὸ μαλθακίζου, tu tibi serva mollitiam tuam; odioso enim nomine Vulcani lenitatem appellat, muliebris eum mollitiæ incusans. Impudentiæ autem signum est, quod vitium sibi a Vulcano exprobratum adeo non excusat, ut potius id ultro vocabulis asperrimis designet. κὸν δ ἱμὴν αἰθαδίαν ἐργῶ το το τραχύτντα μὴ ἀναθακοί μω, meam autem contumaciam et animi asperitatem ne exprobra mihi. ἐργὴ vel iram, vel generatim animi affectum notat. Utrumque huic loco aptum est.

81. Scite hoc instituit Æschylus, ut Vulcanus prior discessum paret. Nolebat scilicet tam tristi spectaculo diutius immorari. Redres fortasse nondum abiisset; utpote quod libenter oculos inimici cruciatu pascebat. Nec prius discedit, quam verbis mordacibus misero illusisset.

Στύχωμεν δε π. α. Ίχει. Abeamys; nam omnibus jam membris irretitus êst. αόλωσο non de pedibus, sed de membris universis intelligendum. ἀμφίελητρον, quod proprie rete significat, ornate h. l. ad catenarum vincula transfertur.

82. ἐξρίζων de omni nequitiarum genere; Germ. hier freule nun so weiter. προγιβίναι γίρα i. q. ἐπάζων, v. 6. τω έριων, v. 954. συλῶν, spotiare, h. l. de furto. ἐφημέρων, mortalibus, cum contemptus quadam significatione, ut apud Aristoph. Nub. τί με καλιῖς ὧ τθήμες:

84. τί σω----σόνων. Aliis verbis eandem hominum imbecillitatem crepat
Chorus, v. 546. sqq.----άπαντλών i. q.
ἐπευφέζων. ἀπαντλοίν &ν exponit
Hesychius ἰπικουφίσωμ ἄν. Quanams
parte horum laborum mortales te levare
possint? Seu quidnam ex his doloribus
tibi exhausturos mortales existimas?

85. ψινδωνύμως....Καλεύειν. Mirum in modum delectatur Æschylus ominibus et argumentis e notatione nominum seu ἐνυμαλεγία captis. cf. quæ collegimus ad v. 723. Et h. l. quidem aptissime hæc notatio Robori tribuitur; est enim cum salsa irrisione conjuncta.

τε δαίμονες παλούσιν e Græcorum consuetudine nihil aliud est, nisi; inter deos sic vocaris. Ita apud Euripidem, παλούσι δ' Ἰεκάτην με, i. q. nomen meum Jocasta est. πύνον γάς στ δεί περμηλίως, alterum hoc περμηλίως appellative quidem, sed tamen cum respectu ad nominis proprietatem intelligendum est; constructione vero copulatur cum sequenti ότω τεότω, q. d. πύνον στ δεί Περμηλίως, ες δεί περμηλίως. Ες δεί περμηλίως, ες δεί περμηλίως.

Καλούσιν. αὐτὸν γάρ σε δεί ωρομηθέως, "Οτφ τρόπφ τῆςδ' ἐκκυλισθήση τύχης.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΜΟΝΟΣ.

• • Ω δῖος αἰθηὸς καὶ ταχύπτεροι ωνοαὶ, Ποταμιον τε ωηγαὶ, ωοντίων τε κυμάτων

87. τύχης] Quidam libri teste Stephano τίχνης; quæ lectio nimis est artificiosa.

87. ὅτψ--τύχης. Quo pacto te ex his malis emergas. Metaphora in ἰκκυ-λισθήση ab homine repetita est, qui e vado, ubi inhæserat, corpus provolvendo emergit. Ceterum comparandus v. 470. sq. ubi aliis verbis hanc consilii inopiam, quam ei Robur hic exprobat, Prometheus ipse queritur.

His diotis Robur et Vis cum Vulcano discedunt et, Prometheum solitudini relinquunt. Primam tragediæscenam sic absolvit poëta, ut spectatores misericordia et timore perculsos, attentos etiam reddidenti ad Promethei, qui adhuc dolorem silentio pressit, orationem audiendam.

IN SCENAM II. v. 88--113.

Prometheus postquam supplicii sui administros e conspectu abiisse videt, vocem suam ab iis exaudiri jam non posse persuasus, indignationem suam apostrophe gravi et doloris plena effundit. Mire argutantur Scholiastæ, dum causas inquirunt, cur Prometheus aërem, mare, tellurem et solem invo-Quem enim alium potius in hac solitudine miser alloqueretur? Deosne? At hos sibi inimicos esse sciebat. An homines? At hic longe lateque nullum erat hominis vestigium. Quid igitur aptius ab Æschylo fingi peterat, quam ut Prometheus in excelsa petra sub dio soli et ventis expositus, atque in terram, in flumina, in mare prospiciens, has naturas dolorum suorum testes invocaret, iisque, quas nec divinis nec humanis auribus deponere licebat, querelas committeret. Habet hoc natura, ut qui a vivorum colloquio interclusi sint, in magno animorum motu cum inanimatis loquantur. Speciosa igitur hac est phantasia, et ad locum, in quo jam versatues Prometheus, scienter accommodata, quod is, qui præter aërem, aquam, terram, ignem, nullius fere naturae commercio fruitur, quatuor illa clamenta, quibus se undique cinctum et circumfusum videt, alloquatur. Itaqua hic locus non mythice, sed physics interpretandus est. (Contrario modo explicanda Agamemnonis invocatio, Iliad. ili. 276. ubi 'ovem, Solem, Flumina, Tellurem deosque inferos testes inyocat.) Non Æther ille Poëtarum, non Oceanus, quatenus et ipse inter dece numeratur, non Tellus, des, h. l. a Prometheo compellantur. Sed prosopopœia potius usus, ipsum aërem, cuus flatum sentiebat, flamina, quorum lapsus ex scopulo suo cernebat, mare, in quod prospectus ei dabatur, terrame ante oculos positam, solem denique, cujus radiis expositus erat, alloquitur.

88. & dies alene aerem significata Epitheton dies nihil alind est, quant immensus, ideoque venerandus, quam ob causam et dad dies Homerus appellat. Idem ailies dies vocavit, Odyss. 540. Nemini igitur in meutem venial Διὸς αἰθὴς h. l. substituere, quod Stanleius, si cui magis arrideat, permisaus rus esse videtur. Nam incommodum esset, et a Prometheo minime expectandum, Jovis nomen initio statima orationis memorari. Taxústresa steak celeres venti, hi enim perpetue rupem Scythicam, ad quam Prometheus religatus erat, circumflabant. wormen es wwyal, neque hoc its dictum videtur, ut nihil ad scenæ conformationem pass tineat. Prometheus enim in alta quasi specula constitutus flumina inde ala ipsis fontibus decurrentia oculis perlustrabat.

89, 90. mercien es nunéros éricospos

'Ανήριθμου γέλασμα, σαμμήτορ τε γή, 90
Καὶ τὸν σανόπτην κύκλον ήλίου καλῶ΄
"Ιδεσθέ μ', οἶα σρὸς θεῶν σάσχω θεός.
Δέρχθηθ' οἶαις αἰκίαισι
Διακναιάμενος τὸν μυριετή
Χρόνον ἀθλεύσω. τοιόνδ' ὁ νέος 95
Ταγὸς μακάρων ἐξεῦρ' ἐπ' ἐμοὶ
Δεσμὸν ἀεική.
Αὶ αὶ τὰ σαρὸν, τό τ' ἐπερχόμενον
Πήμα ςενάχω. σή σοτε μόχθων

99. γίλμομα] inepte et sine causa corrigit Panw, repouendum censens γ
ἴλασμα. 91. wavosτην] inutilis est conjectura Stanleii στάνοστον. 93. αἰπίαισι] ἀνίαισι Rob. 95. ἀθλιύσω] ἀιθλιύσω MS. Ar. Rob. 98. αἴ αἴ]
φῶ φῶ Ατ. 99. τηῖ] τοῦ Ατ. Οχ.

209-211. ἐμοὶ δὶ μήτης--- σχούτεθε-Ridicule Scholiastæ particulas ούκ ἄπαξ μόνον ita construxerunt, ut cum zal rais conjungerentur; hoc nimirum sensu: mihi autem mater, quæ non solum Themis, verum etiam Terra appellatur, prædizerat. Non animadverterunt Græculi adverbium anag. Rectissime vero Heathius aliique *** απαξ μόνον cum προύτε θεσπίπει cohmrere viderunt, et nihil aliud esse, ac: non semel tantum, semel ac sæpius, (mehr als einmal.) Sed major difficultas, a nemine adhuc, quod meminerim, observata, ex versu sequente, zal l'aiz πολλών ἐνομάτων μορφή μία, oritur. Nota quidem est et a veteribus multum celebrata ή ασολυωνυμία deorum dearumque; ac Stanleius aliquot loca excitavit, in quibus Γαΐα eadem et 'Ería et Δημήτης vocatur, in quibus tamen ne unicus quidem est, qui Themin etiam raiar appellatam fuisse testetur. Sed primum Æschylus ipse in principio Eumenidum, quod Stanleium non fugit, diserte Themin a Taia distinguit, illamque hujus filiam nominat; in quo ei cum Hesiodo et Apollodoro convenit. Deinde v. 888. Themin Titanida appellat, ex quo denuo intelligitur, tragicum nostrum ab hac genealogia non discessisse. Titanides enim sunt Apollodoro teste, Cœli et Terræ filiæ, Titanum sorores, Tethys, Rhea, Themis, Mnemosyne, Phæbe, Thea. Aperte igitur sibi Æschylus in eadem tragœdia repugnaret, si Themida eandem et Terram esse h. l. diceret, cum tamen v. 888. illam inter Titanidas h. e. inter Terræ filias retulisset. Accedit, quod versu 205. Prometheus Titanas Overve es re rei X500; riera Celi et Terræ filios nominat. Jam si eadem X500; sive Teriæ ipsius quoque mater fuisset, cur Titanas non potius fratres suos appellaret? Aut cur Thennis, si eadem et reiæ fuisset, non item reliquis filis Titanibus, sed soli Prometheo, quæ in fatis essent, prædixisset? Denique h. l. parum commode duplicis hujus nominis mentionem fecisset. Quid enim attinebat, ubi tantum Themidis vaticinium exponendum erat, inutilem hanc de alio Themidis nomine observationem inculcare? Quæ cum ita sint, rotum hunc versum

Ka) Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μοςψη μία spurium, Æschylo plane indignum, atque ex glossa marginali seu Grammatici interpolatione intrusum esse censeo. Multo elegantius et concinnius absque isto emblemate leguntur hi versiculi:

'Εμοὶ δὶ μήτης οὐχ ἄπεξ μόνοι Θίμις
Τὸ μίλλοι ἢ κραίνοινο πρότιθιστίκιι
mihi autem non semel tantum mater Themis futurum ut eventurum esset pradixerat. Interpolationi occasionem dedisset
videtur error Scholiastarum quorundan supra commemoratus, quo verba
οὐχ ἄπεξ μόνου ad vocabulum Θέμις
trahebant, indeque hic sententiam quæ
a καὶ αυτ ἀλλὰ καὶ inciperet excidisse
somniabant. Itaque facile Grammatici cujusdam annotationem ceu genuinum Æschyli versum e margine in
textum recipiebant, nubem certe, si
unquam alias, pro Junone amplexi.

212, 213. ws ov--- neursiv. Quod cos, qui essent rerum potituri, non oporteret

Τοιαῦτ' ἐμοῦ λόγοισιν ἐξηγουμένου, Ούχ ήξίωσαν ούδε προσελέψαι το παν. 215 Κράτιςα δή μοι τῶν σαρεςώτων τότε 'Εφαίνετ' είναι, προσλαβόντα μητέρα, Έκονθ' εκόντι Ζηνί συμπαραςατείν. Εμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμδαθής Κευθμών καλύπτει τον σαλαιγενή Κρόνον, 220 Αύτοῖσι συμμάχοισι. τοιάδ ἐξ ἐμοῦ

214. ἐξηγουμένου] ἐξισουμένου Rob. 217. weoglacoval Hanc lectionem a Brunckio in cod. Reg. A. ubi superscripta erat, repertam, nos quoque vulgatæ Teora action præferimus. Frequens est enim ista casus enallage; et tamen altera lectio, quoniam ad mos refertur, facilior est, ut weoshacover quidem in dativum librarii mutare potuerint; vice versa non item. 219. μελαμβαθής] μελεμβαθής Ald. et μελεμδαφής Rob. vitiose. μελαμδαθύς Victor. μελαμδαθής Ar. Reg. A.

robore aut vi, sed dolo vincere. weòs To xaerseor idem quod weos Biar v. 208.

Xesin. E lectionibus antea vulgatis alteram zen, 4 -- ob hiatum, solœcismum et sententiæ absurditatem, alteram zeii' j ob solæcam item constructionem recte Dawesius improbavit, ac sine dubio veram Æschyli manum assecutus est, cum optativum zein aoristi "xen reponendum censuit.

barejikoraus. Lectioni ὑπιείχοντας præter Ald. et Rob. favent codd. Regg. Mosqu. 1. 2. Guelpherb. quorum si quis auctoritatem editionibus Turnebi et Victorii præferendam arbitretur, pertinacius non repugnabo, modo mihi dederit aptius ad sensum ນີສາຄູເຊັດທາແດ, neque propter Heathii sententiam de anapæsto e secunda et quarta senarii sede ubique exterminando, damnandum esse. Ceterum Dawesius h. l. lectionem vargixoras secutus ita vertit: non jam virtute, sed dolo superandos esse, qui rerum summa potirentur. Is igitur τους υπιρίχοντας deos nunc regnantes intelligit, et zearin interpretatur vincere. At consuetudini Æschyleæ magis respondet, verbo zeawww.imperaudi significatum tribuere; præterea versui 208. melius convenit. Qui enim ibi sunt dismosorris, hic alio verbo ὑσερίζοντες nominantur, et κραwww dicuntur.

214, 215. Toiaut' ipou -- Tò war. Quæ cum jis sermone exponerem, prorsus ne animum quidem advertere dignati sunt. weer62.6xen mihi potius ad consilia quam ad Promethei personam pertinere videtur; ut sit i. q. ἀποδλίwww, rationem alicujus rei habere. Quod bene respondet versiculo 207. ubi Titanes dicebantur τὰς αἰμύλας μηχανὰς ἀτιμάσαντις. Stanleius proprie acce-pit προσελίστιν, et ad Prometheum traxit, ita vertendo: Talia me verbis exponentem non dignabantur prorsus vel adspicere. Tè wav i. wavrus.

216-218. κράτισα δη συμπαρασαveniebant, optimum mihi videbatur esse, matre assumta meapte sponte lubenti Jovi assistere. Tão wags cárao rors vertit Stank in præsenti rerum statu, quod verborum structura non patitur. Prometheus postquam Titanas recta consilia spernere vidit, aliud ex alio cogitare cœpit; ex omnibusque, quæ ei in mentem venerant, postremo nihil melius et consultius ei videbatur, quam ad Jovis partes transire. Hanc interpretationem etiam doctissimo Matthaei placere vidi, qui eam in margine variantium lectionum e codd. Mosqq. excerptarum notaverat.

217. προσλα ζόνλα. Hujus casuum enallages exempla quatuor, ex unica Medea Brunckius V. D. protulit, v. 660. v. 744. 813. 883.

218. ξχονθ' ξχόντι. Cf. v. 19. 219---221. ξμαϊς δί --- συμμάχοισι.

Atque ita meis consiliis factum est, ut Tartari profunda vorago olim natum Saturnum cum sociis occultet. Recte Stanleius observat Nostrum Homero assenΌ τῶν θεῶν τύραννος ἀφελημένος, Κακαῖσι ωοιναῖς ταῖςδέ μ' ἐξημείψατο. Ενεςι γάρ ωως τοῦτο τῆ τυραννίδι Νόσημα, τοῖς Φίλοισι μὴ ωεποιθέναι. Ο δ' οὖν ἐρωτᾶτ', αἰτίαν καθ' ἢντινα Αἰκίζεταί με, τοῦτο δὴ σαφηνιῶ. Όπως τάχιςα τὸν ωατρῷον ἐς βρόνον

225

223. ἴξημιίψατο] ἀντημιίψατο Ar. Rob.

226. ieurār'] additur iu' ex glossa

tiri, qui Titanas item in Tartarum dejectos esse perhibet, Iliad. S'. 480. Sed præiverunt quoque Hesiodus, Theog. v. 716. sqq. et quodammodo Pindarus, Pyth. i. 29. μιλαμβαθύς appellatur Tartarus, quia simul et profundus et tenebricosus est. Homerus l. l.

ίν' Ἰαπιτός τι Κρόνος τι, "Ημινοι, οῦτ' αὐγῆς 'Υτιρίονος ἠιλίως, . Τίρποντ' οῦτ' ἀνίμοισι, βαθὺς δί τι Τάρταρος ἀμφίς.

Profunditatem Tartari I. c. hac mensura definit, ut eum tantum infra terram esse dicat, quantum cœlum a terra distet, et ferream incudem e terra demissam decimo demum die in Tartarum perventuram. Κευθμών proprie latibulum, speluaca, bene ad carcerem subterraneum transfertur. Ante κύτοιο συμμάχωσι, omissum est σὺν, ellipsi admodum frequente.

221.—223. Testő — ZEREGE WARE, (in Guelferb. et Mosqu. 1. est Tipesis, minus bene) Testős i p Lipusis paro. Tatibus a me beneficiis affectus deorum tyrannus malam hanc mercedem mihi retribuit. Sic enim interpretari malo rès wevès, quam cum Stanl. panas vertere. Punitum enim se a Jove Prometheus non concedebat, sed vexatum, injuria affectum. Mercedis vim interdum vocabulo westő tribui e Pindaro constat, qui houxíar xapátar parádar mestős appellat. Nem. i. 107. Cf. Pyth. i. 113.

aut monet verum esse, et credentem (si ita res ferat) obtemperare. Hoc modo fidem habuit Jupiter Prometheo, consilio ipsius, ut hic narrat Prometheus, imperium adeptus. Hoc autem vult Æschylus, viros principes illos præcipue suspectos habere, quibus ipsi plurimum debent, et qui de ipsis optime meriti sint. Ita enim e o o las hoc loco capiendum." Hactenus Stanleius, qui sine dubio veram vidit. Sed aliud magis reconditum est, quod interpretes nobis observandum reliquere. Ex his enim verbis, causæ, quas irarum in Prometheum Jupiter habuerit, plenius intelliguntur. Quærat enim fortasse intelliguntur. quispiam, cur Jupiter beneficia generi humano tributa tam graviter in Prometheo ulciscatur. Hic itaque perspicue significatur Jovem diffidentia potissimum adductum fuisse, ut Prometheum, quem, postquam sibi mortales tot beneficiis devinxisset, ad seditionem concitandam pronum et potentem fore suspicaretur, tempestive opprimeret, et vinculis coërceret.

226. sirin pro siris MS. Guelferb. 226, 227. I S sir--supers. Quod vero interrogatis, quam ob causam me vexet, hoc jam exponam.

228. sqq. ὅτως τάχισα i. q. v. 199. ἐπεὶ τάχισα. Quamprimum in solio paterno consedit, statim diis aliis alia munera distribuit, atque ita imperium sibi stabilivit; βρένος πατεῶςς i. q. Βεη Κρένον v. 200. Homerus, İliad. ε΄. 175. sqq. narrat, Jovem, Neptunum et Plutonem sorte inter se divisisse imperium, atque ita Jovi cœlum, quod aëre êt nubibus continetur, Neptuno mare, Plutoni orcum obtigisse; terram autem et Olympum omnium communem fuisse. Hesiodus autem fabulatur, post-

230

'Εκαθέζετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
'Αλλοισιν ἄλλα, καὶ διεςοιχίζετο
'Αρχήν' βροτῶν δὲ τῶν ταλαιπώρων λόγον
Οὐκ ἔσχεν οὐδέν', ἀλλ' ἀϊςώσας γένος
Τὸ ϖᾶν, ἔχρηζεν ἄλλο Φιτῦσαι νέον.
Καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε ϖλὴν ἐμοῦ.
'Έγω δ' ἐτόλμησ'. ἐξερυσάμην βροτοὺς

235

229. ἐκαθίζετ'] Sic Ald. καθίζετ' Codd. Regg. Edd. Rob. etc. τίμει] Stanl. conj. τίμει. Heathius δαίμοσι τ' ἴνιμει. Sed nihil opus. Frequens est enim transitus ex præsenti historico in præteritum, vel aoristum. 232. εὐδίτ'] εὐδίτα Ald. 233. φιτῶται] φυτιῶται Rob. 235. ἰγὰ δ' ἰτόλμητ'] ἰγὰ δὶ τόλμητ Ald. Rob. τολμῆτ q. d. pro τολμῆτις Victor. Canter. τόλμητ subintell. ἔνικα probat Morell. τόλμητ conj. Steph. Optime Valckenær ad Eurip. Phæniss. 856. lectionem Scholiastæ defendit, ἰγὰ δ' ἰτόλμητ', quem cum Brunckio secutus sum. ἰξιευτάμητ lξελισάμητ Rob. Victor. ἰξιλισάμητ Ar. Lectionem, quam in textu posuimus præferunt Ox. Turn. Canter. Brunck.

quam dii bellum cum Titanibus confecissent, eos Terræ consilio Jovi imperium detulisse, qui deinde singulis munera distribuerit:

— i di rosen el didárrar ripás.
Theog. v. 885. et alibi: Theog. v. 71.

ό δ΄ οὐρανῷ ἰμθασιλεύτι Αὐτὸς ἔχων βροντὰν, άδ΄ αἰθαλότυτα περαυνόν,

Κάρξιϊ νικήσας παβίρα Κρόνον, εὖ δὶ ἔκατα 'Αθανάποις διίταξιν όμως καὶ ἐπίφραδι πιμάς.

διατοιχίζιστο vel est ordinavit, ordine constituit, atque huc pertinere videtur Hesychii glossa: Διατοιχίζιστο, διατίβιστο is τοίχο καὶ τάξιι διήρι άπό τῶν τίς τοὸς σπανὸς είσαγόσταν τὰ ποιμεία καὶ διακριόσταν ix τῆς νομῆς ἰκάτο τὰ Τδια: vel, quod melius convenit, stabilivit, sepsit τεριαιπ, benevolentia nimirum et fide reliquorum deorum muneribus distributis confirmata.

231. sqq. Beerin--vies. Miscrorum vero mortalium rationem nullam habuit, sed universo genere delcto novum aliud creare constituit. Cur humano generi Jupiter adeo infensus fuerit, causam nullam Prometheus affert; idque consilio sic instituisse videtur Æschylus, ut iterum constaret Jovem omnia ad arbitrium suum exigere, nec aliam juris legumque causam nisi voluntatem ac lubitum suum agnoscere. In quo quanto violentiorem tyrannum Jovem esse spectatoribus ostendebat, tanto

propius eorum animos Promethei fortuna tangi volebat, unici nimirum salutis hominum auctoris et præsidii. Ceterum hic iterum Æschylus ab Hesiodo discedit, qui Jovem hominibus propter fraudem Promethei in carnium distributione sibi illatam iratum fuisse, iisque perditis illum ulcisci voluisse scribit. Opp. et dier. v. 48. sqq.

αίς ψη, ezstinguere, delere. Suidas: ἀίς ω΄, ἀφανίσαι. Hesychius: ἀίς καθείς, ἀφανίσαι. Hesychius: ἀίς καθείς, ἀφανίσαι. Hesychius consilio genus humanum delendi varie apud alios contexitur fabula. Quæ de pluribus hominum generibus, aureo, argenteo etc. Hesiodus narrat, ea ab Æschyli figmento plane aliena sunt. Propius vero accedit Apollodori narratio, qui, lib. i. p. 18. cum Jupiter æneum hominum genus diluvio perdere vellet, Deucalionem Promethei consilio arcam illam seu navem confecisse scribit, qua se cum Pyrrha servaret. Φιτύκαι, (in Guelf. pro φινίσαι est φυνίπαι,) plantare, gignere, creare. Hesychius: Φίτν, φυνίν, φύνιυμα. Φίτνμα, τίανου, γένημα. Φιτύσατο, ἰγόννηστο.

234. nai roson...i.cov. Et his quidem consiliis nemo se opposuit præter me. Magnitudinem beneficii auget, quod solus ejus auctor extiterit.

235. iyà δ' ἐτόλμπο', ego vero id solus ausus sum. In sequentibus verbis — ἰξιεμσάμπι βερτούς

Tou un diapoais Sivras sis adu modifir suspicor leve mendum insidere, et ultiΤοῦ μὴ διαρραισθέντας εἰς Αδου μολεῖν Τῷ τοι τοιαῖσδε ωημοναῖσι κάμπτομαι, Πάσχειν μὲν ἀλγειναῖσιν, οἰκτραῖσιν δ' ίδεῖν. Θνητοὺς δ' ἐν οἴκτω ωροθέμενος, τούτου τυχεῖν Οὐκ ήξιώθην αὐτὸς, ἀλλ' ἀνηλεῶς 240 τΩδ' ἐρρύθμισμαι, Ζηνὶ δυσκλεῆς θέα. Χο. Σιδηροφρων τε κἀκ ωέτρας εἰργασμένος, "Οςις, Προμηθεῦ, σοῖσιν οὐ ξυνασχαλά Μόχθοις' ἐγω γὰρ οὕτ' ἀν εἰσιδεῖν τάδε "Εχρηζον, εἰσιδοῦσά τ' ἡλγύνθην κέας. 245

237. τῷ τω] Perperam omissum τω Rob. 243. ξυνασχαλῷ] Vulg. συνασχαλῷ.—Sed assentior Brunckio, qui, ad veteris Atticæ dialecti normam, ubique post syllabam longam aut vocalem brevem ob metrum producendam ξὸν scribendum censet. 245. πλγύνθην] Ald. Rob.

mum versum ita corrigendum esse:
— ίζιουσάμην βοστούς,

Τὸ μὴ ἐ διαβραισθέντας εἰς ἄδυ μολείν. h. e. liberavi homines (scil. periculo) ita ut ne plane deleti in orcum descenderent. In tali enim constructione post verba cavendi, liberandi, et similia, sequens articulus rò ante μπ οὐ significat idem ac des, quod recte observavit Cl. Brunck, ad Hippol. p. 49. qui exemplum quoque affert hujus rò a librariis perperam în rov mutati, quod h. l. quoque factum esse contendimus. Altera autem negatio post où sæpius excidit. In vulgata etsi ἐξιρυσάμην cum genitivo vou bene construitur, tamen negatio mì abundare videtur. Quod proprie apud Homerum pro extrahere ponitur, igievin, id h. l. metaphorice est liberare, et hæc lectio, quia est exquisitior et ornatior quam εξελυσάμην, jure præferenda. In ἐτόλμησα-ἰξιeveáµn asyndeton est, fervorem animi ex merito gloriantis prodit: 1 с н wagte cs; 1 с н befreyte die Sterblichen. бийραίτιν, perdere, sæpe apud Homerum occurrit. Διαβραισθίντος, διαφθαείντος, Hesychius. 115 "Adov, in Plutonis, scil.

237. sq. τῷ τω—sixτeaism δ iδιῦ. Propterea igitur his calamitatibus premor, ad tolerandum quidem molestis, adspectu autem miserabilibus. κάμπτομαι de ærumnis translate dicitur, imagine ab oneris aut jugi similitudine petita.

239. sqq. Inrois & in olkron weadi-

μενος i. q. Θέμενος, et mortalibus misericordiam impertitus, σούσου συχεῖο οὐπ κξιώθην αὐσὸς, ipse ca dignus habitus non sum, ἀλλὶ ἀνηλιῶς δδ ἐξβύθμισμαι, sed immisericorditer hunc in modum tractatus sum. ἡυθμίζει», proprie ad numeros redigere, componere, h. l. ad miseram corporis vexationem transfertur: Germ. so usubarmherzig zugerichtet. Zηνὶ δυσπλιὰς δία, spectaculum Jovi parum honorificum, amare dictum pro maxime contuneliosum.

242. σιδηρόφρων—εἰργασμένος. Vide, quam diligenter etiam in singulis verbis curet poëta, ut a tenuioribus ad altiora et sublimiora escendat. Supra enim, eundem sensum Chorus levioribus verbis extulerat v. 159. sqq. hic autem magis incensus graviore dicendi genere utitur. σιδηρόφρων, ferreo animo natus, κακ πίτρας εἰργασμένος, et ex κατο genéus. Nobilis hyperbole jau apud Homerum obvia,

γλαυκή δί σι τίκτι Θάλασσα, Πίτραι δ' ηλίδατοι, ότι τοι νόος ἰςὴ ἀπηνής.

Iliad. w. 33. sæpius deinde ab alis poëtis repetita et variata. Cf. elegantissimi Heynii not. ad Virgil. iv. 365.
243. ἔτις—μέχ βοις, qui tuis Prome-

theu molestiis misericordiam non adhibeat, 244. sqq. iya xiae. Nos enim talia videre nunquam optavimus, videntes autem sumus nos dolor occupavit. τέδι pro ταιάδι. εδτι et τι sibi respondent, ut Latinorum nec—et.

Digitized by Google

250

255

Πρ. Καὶ μην φίλοις έλεεινὸς εἰσοράν έγώ.

Χο. Μή ωου τὶ ωρούθης τῶνδε καὶ ωεςαιτέρω;

Πρ. Θνητούς τ' έπαυσα μή προδέςκεσθαι μόρον.

Χο. Τὸ σοῖον εύρων τῆσδε Φάρμακον νόσου;

Πρ. Τυφλάς εν αυτοῖς ελπίδας κατωκισα.

Χο. Μέγ' ωφέλημα τοῦτ' ἐδωρήσω βροτοῖς.

Πο. Πρός τοισδε μέντοι συρ έγω σφιν ώπασα.

Χο. Καὶ τῦν Φλογωπὸν ωῦρ ἔχουσ' ἐφήμεροι;

Πο. 'Αφ' οδ γε σολλάς εκμαθήσονται τέχνας.

Χο. Τοιοῖσοε δή σε Ζεύς ἐπ' αἰτιάμασιν Αἰκίζεταί τε, κοὐδαμῆ χαλᾶ κακῶν; Οὐδ ἔςιν ἄθλου τέρμα σοι προκείμενον;

248. Inrove r' Iransa] Ita Vict. etc. Irnrove Iransa Ald. Rob. 257. abb

246. nal um lyú. Utique vero me amieis adspectu miserabllem esse oportet. Lasnes siesego i. q. v. 238. sintess isiv.

247. på wov-wrearries. Numquidetiam ultra hec progressus es? Caute ac moderate loquitur Chorus; non dicit imagres, sed wrearries weodens, ne animum Promethei offendat, eumque a pertexenda narratione absterreat.

248. Synrous o' _________. Haud satis accurate vertit Garbitius: ne haberent mortem pra oculis; cum potius significet generatim: impedini ne homines fata prospicerent, secundum illud Horatii: Prudens futuri temporis exitum ealiginosa nocte premit deus.

249. rò wier réses; Et quale tandem huic morbo remedium invenisti? Participis, ut hic ségàr, in responsionibus posita pulchre inserviunt vinciendis dialogi nodis: viers appellat curiositatem futura prævidendi.

250. τυφλλε — κατώπισα. Spes cacas in animos ipsorum inserui. Sic Garbitius; sed elegantius ita vertitur: apes cacas inter cos introduzi, metaphora a coloniæ deductione sunta; spes, quæ et ipsæ cacæ sunt et alios excæcant. Nota est Hesiodi allegoria de spe in fundo pyxidis Pandoræ remamente. (Opp. et dier. v. 95.) Sed multo sapientius pro consilio suo Æschylus rem adumbravit.

251. μέγ' ἀφέλημα-βροτοῖς. Ma-

gnum sane hoc quod præbuisti mortalibus emolumentum.

252. webs-Swasa. Præterea etiam ignem iis divisi. cf. v. 8.

253. **xi ν y - φριμερι: Adeoque jam possident mortales ignem flammantem. Epitheton φλογωπο ornatus causa additum. Qui argutiis delectatur, is aut cum Scholiaste eo adjectivo ignem λωποπο a elementari distingui, aut artem e parva scintilla flammam ignis excitandi designari dicat. Hesiodus, Theog. v. 569. Jovem vehementer iratum esse tradit, cum ignem inter homines elucere vidisset,

ώς ໃδεν άνθρώποισε συρός σηλίσκοπος αὐγήν.

254. à\$\phi\$ of \$\sigma_s\$ -\sigma_s\cong \text{Particula}\$ \$\sigma_s\$ questionis a Choro proposite affirmationem involvit; q. d. \$Possident; et ab hoc quidem multas artes discent. \$\precep\$ of i. e. cujus prasidio et adminiculo.

od i. e. cujus prasidio et adminiculo.

255. voidosi—aixi(vrai ra. Talibus igitur te Jupiter criminilus accersens vexat. airiduara et crimina i. q. criminationes, et crimina h. e. delicta notat; adeoque h. l. apte ponitur; nondum enim gravioribus in Prometheum verbis utitur Chorus, sed mitibus ac lenibus, culpamque Promethei quasi extenuantibus. zeidaun zali zazū, et nihil ab his ponis remittit.

257. ud igir weoxijusvov; Nec finis ullus tibi propositus est luborum?

Πο. Οὐκ ἄλλο γ' οὐδὲν, ωλὴν ὅταν κείνω δοκῆ.
Χο. Δόξει δὲ ωῶς; τίς ἐλπίς; οὐχ ὀρᾶς ὅτι
"Ημαςτες; ως δ' ῆμαρτες οὖτ' ἐμοὶ λέγειν
Καθ' ἡδονὴν, σοί τ' ἄλγος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
Μεθῶμεν. ἄθλου δ' ἔκλυσιν ζήτει τινά.

. 260

Πρ. 'Ελαφρον, δς ις σημάτων έξω σόδα
Έχει, σαραινείν νουθετείν τε τους κακώς
Πράσσοντας. έγω δε ταῦθ' ἄπαντ' ἡπις άμην, 266
Έκων έκων ήμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι'
Θνητοῖς δ' ἀξήγων, αὐτὸς εὐρόμην σόνους.

258. ziíroj liziroj Ald. 262. á9λου] á9λου mendose Ald. á9λου Rob. 264. Heathius conj. τον κακώς ανράσσους scil. ut anapæstus in secunda regione vitetur, quam cautionem necessariam non esse supra monuimus. 267. 9νητοῦς δ] abest δὶ Rob.

258. οὐκ ἄλλο—δοκῆ. Nullus plane, nisi quando ipsi placebit.

259. diğu di was; Quomodo vero placebit? Fortasse vero melius suerit etiam post diğu di interrogationis notam ponere: diğu di; was; vis ilavis; placebit autem? quomodo? quæ spes? Ita etiam Latini in hoc genere quæstionum dubitationis aut admirationis plenarum utuntur rā autem; ut cum Æschines Terentianus, Adelph. v. 6.17. patri dixisset: Fac, provisi ego illis, respondet Micio: promisisti autem? de te largitor, puer!—dix degis dri natione accensus Chorus acrius loquitur, et anicum ob noxam in se ipsum admissam castigat. Nonne vides te deliquisse? Nempe imprudentiam ei obicit.

260. &s—#Ayos. Quomodo vero aleiqueris, nec mini dicere jucundum est, et tibi molestum. Mansuetudinis et humanitatis Chori signum est, quod reprehensioni Promethei inmorari nolunt, sed leviter ejus peccatum tetigisse satis habent. #9Aou—row, circumspice vero exitum ex his malis.

263. Quamvis miti Nympharum objurgatione tamen irritatus Promethei animus ægritudinem ejus et vim doloris, quo premitur, ingenue prodit. λαφεόν—weάστοντας, Facile est, si quis omnibus curis atque ærumnis expeditus est, cum alios infelices monere et verbis castigare. Ad sententiam comparavit

Stanleius Dionis Cassii dictum, lib. 38. "Pro maçaricar iriçous içio, il airis massiva acquisear iriçous içio, il airis massiva acquisear ique cast cerentianam illud, Andr. 3, 1, 9. quod nemini non succurret: Facile omnes cum valemus, recta consilia egrotis damus; adumbratum ex Menandri versiculo: Trins vasciira i ifera mis est suodirii. Ceterum minaros illu ris missares illu ris missares illu ris missares illu ris missares illu ris ris missares illu ris ris missares illu ris ris missares illudireta de Eurip. Hippol. v. 1293. maganis et suodirii differunt. Hoc est reprehendere, objurgare, illud monere, consilia dare.

265. ἰγὰ — ἀπιτάμητ. Horum omnium ego nihil ignorabam, scil. ut monitoribus nihil opus sit.

266. ἐκὸν ἰκὸν ἄμαρτον, ἐκ ἀρνίσομαι. Hic mihi velim aliquis attendat, quam generoso spiritu culpam non solunconficeatur, sed etiam augeat. Nimirum Chorus tantum deliquisse eum monuerat; consultone id fecerit, an imprudenter, in dubio relinquebat; Prometheus vero non se deliquisse solum fatetur, sed addit insuper ἐκὸν, ἑκὸν ἄμαρτον. Scilicet quia, quod illæ vitio sibi vertebant, id summam virtutem esse sibi conscius erat.

Digitized by Google

Ού μήν τι σοιναίς γ' σύμην τοιαίσί με Κατισγανείσθαι ωρός ωέτραις ωεδαρσίοις, Τυγόντ' ἐρήμου τοῦδ' ἀγείτονος πάγου. Καί μοι τὰ μὲν ωαρόντα μη 'δύρεσ θ' άχη, Πεδοί δε βάσαι τὰς ωροσερπούσας τύχας 'Ακούσαθ' ώς μάθητε διὰ τέλους το σᾶν. Πείθεσθ' έμοί, σείθεσθε, συμπονήσατε Τῷ νῦν μογοῦντι. ταυτά τοι ωλανωμένη Πεδς άλλοτ' άλλον σημονή σεροσιζάνει.

270

275

Xo. Ούκ ακούσαις ἐπεθώϋξας

268. οὐ μήν τι] οὐ μίν τοι Ald. οὐ μήν τοι cod. Viteb. utrumque adversus metri iambici leges. οὐ μίν τι Turn. Ψοιναῖς γ΄] γ' abest Ald. Rob. 271. καί μει] καί τοι Rob. marg. MS. ap. Morell. 272. τύχας] βλάδας Schol. 274. wif-Ser 91, συμπονήσατι] Cod. Viteb. repetit μοι post alterum wei Ser 91 versu non fe-275. マロンブά] マロジブά Schol. Ed. Turn. Brunck. minus bene ad sensum. 276. weis allor' allor] Sic Ald. Rob. Turn. weis allor alla marg. MS. ap. Morell. minus eleganter; nam prosopopœiæ decor perit.

268, 269. où μήν τι- widnesíus. Non tamen hujusmodi me cruciatibus macerasum iri putabam, damnatum ad hunc desertum et solitarium scopulum. zarsexvairer et zariexairer, macerare, attenuare, conterere, arefacere. Supra dixerat προσαυαίνειν. πεδάρσιοι πίτραι colica forma pro μετάρσιοι, cf. eruditissimus Valckenaer ad Eurip. Phæn. 1034. Eadem forma Noster utitur v. 716. 924. τάγον vero, quem hic Zenus et aysirora vocat, supra v. 20.

dran Sewror appellayerat.
271. 221 h. l. transitum ad alia significat; ut Germanorum doch, Verum nolite jam prasentia mala lamentari; his verbis significat se de benevolentia Chori non dubitare, et quodammodo acerbitatem admonitionis

rejectæ compensat.

272. wider di Basai. Hec locutio inepta fuisset, si Nymphæ alis advo-Perspicue significatur eas lassent. curru per aërem advectas, adhuc in eo consedisse, et sublimes pependisse. Sic Agamemnoni, (Agam. 915.) Clytæmnestra, a Troja redeunti: izcani केक्संभ्यह क्लेंबर्टेड.

272, 273. τὰς προσιρπούσας τύχας Anovens'. Futuram sortem audite. weesigran de futuro seu instante, ut Aristoph. Vesp. 1500. 1522. Soph. El. 906. Eurip. Phoniss. 41.

ώς μάθητε δια τέλες το ακαν. Ut rem omnem a principio ad finem cognoscutis. 274. σείθεσθ' — μογίντε. Obsequi-

mini mihi, obsequimini, date vos mihi nunc laboranti et in societatem doloris venite. Brevitatem ultimorum verborum Latina lingua imitari nequit.

275, 276. ταυτά τοι-προσιζάνει. Εοdem enim modo semper oberrans adversitas fortunæ subinde ad alium aliumque divertitur. Similis est sententia in Suppl. v. 334. αἰόλ' ἀνθρώπων κακά. Πένου δ ίδοις αν οὐδαμοῦ ταυτὸν τρόπον. Similior illa apud Pindarum, Olymp. 3'. 62.

'Ροαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι Εύθυμιᾶν σε μέτα καὶ Hover is arbeas ibar.

weòs ἄλλοτ' ἄλλον. Similis transpositio verborum ei quam supra notavimus v. 49. Ceterum ob candem inconstantiam et mutabilitatem Mars noto nomine dicitur άλλοπερσάλλος; nec absimilis est imago Cupidinis apud Moschum, Idyll. i. 16.

Καὶ τοτερόεις, ὡς ἔρνις, ἐφίπταται ἄλ-λοτ ἐπ' ἄλλους.

æροσιζάνειν. Assidere, h. l. pro appropinquare, deverti.

277. oùn anoveais laidaügas rouro. Non Invitis nobis hac edizisti. in Suten Τοῦτο Προμηθεῦ,
Καὶ νῦν ἐλαφοςῷ ωσοδὶ κραιπνόσυτον
Θᾶκον ωςολιποῦσ, αἰθεςα θ' άγνὸν,
Πόςον οἰωνῶν, ὀκριοέσση
Χθονὶ τῆδε ωελῶ· τοὺς σοὺς δὲ ωόνους
Χρήζω διαπαντὸς ἀκοῦσαι,

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΩΚΕΑΝΟΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ΗΚΩ δολιχῆς τέρμα κελεύθου

279. πραιπνόσυτοι] πραιπνόσυτοι Codd. Regg. Ald. Turn. etc. Simplici autem σ scribendum esse, ut metro satisfiat, monuit Bentl. Diss. in Phal. Epist, p. 140. 280. Θάποι] dedit Brunck e codd. Regg. Θώπωι Ald. Rob. Turn. αίθιρα θ' ἀγγιὸι Δίαθιρ' ἀγγιὸι Ald. Rob. Vulg. dedit. Victor. 281. ἐπρωίσση] ἀπούσωι Rob. Turn. 283. ἀπούσωι ἀπούσωι Rob.

sur, quod supra v. 73. cum clamore pociserari denotabat, hic simpliciter est dicere.

279. sqq. zal vuv-azoveai, et nunc jam alacri pede, rapidam hanc volucris vehiculi sedem, aëremque purum, avium viam relinquimus, ac ad asperam hanc terram descendentes, labores tuos omnino cupimus cognoscere. iλαφρός h. l. ad celeritatem pertinet. κεαιπνόσυτος Saxos aperte designat sedem in curru alato, seu ab avibus tracto. wopov oiavel universe dictum est, sæpe enim aër ita describitur, ut regnum aut via avium appelletur; vel cum quodam respectu ad aves currui junctas, si modo eas habuerint, nec tantum curru alato usæ fuerint; quemadmodum O-ceanus de ave, qua vectus erat, v. 394. elicit: λευρον γάρ οίμον αιθέρος ψαίρει στεροίς. Nobis tamen verius ac simplicius videtur universe pronuntiatum interpretari.

Ceterum ut extrema Promethei verba animum produnt non magis erga inimicos asperum et contumacem, quam amicorum colloquio et consuetudine humaniter gaudentem, ita simul aptam Choro occasionem præbent e machina descendendi, dumque id fit, commodum ad sequentem scenam transitum faciunt.

IN SCENAM IV. v. 284-396.

Jam scenam ingreditur Oceanus, Nympharum quæ Chorum constituuns pater. Is eadem via profectus a tergo, Promethei venit, nec prius quam proxime ad eum accessisset, ab eo conspici poterat. Fingitur autem aliti inequitare. An Gryphus fuerit, quod Scholiastæ putant, incertum est. Nihil enim impedit, quo minus equum alatum, ut Pegasum fuisse fabulantur, interpretemur. Gryphes saltem a Prometheo v. 810. ita describuntur, ut Scholiastarum opinioni calculum viz adjicere queamus. Quicquid sit, si hunc Oceani introitum cum Nympharum ingressu comparamus, magis etiam has curru vectas fuisse, apparet. Oceanus enim sine mora ab alite descendit, ac disertis verbis eum sub initium colloquii et sub finem ejusdem signifi-Quod argumento est Æschylum nihil studiose obscuris verborum involucris texisse, sed planissimum verborum sensum eundem et Æschylo dignissimum esse,

 Διαμειψάμενος πρός σε Προμηθεῦ,
Τὸν πτερυγωκῆ τόνδ οἰωνὸν
Γνώμη, τομίων ἄτερ, εὐθύνων.
Ταῖς σαῖς δε τύχαις, ἴσθι, συναλγῶ.
Τό τε γάρ με, δοκῶ, ξυγγενες οὕτως
Έσαναγκάζει χωρίς τε γένους,
Οὐκ ἔςιν ὕτω μείζονα μοῖραν
Νείμαιμ, ἢ σοί.
Γνώσει δε τάδ ὡς ἔτυμ, οὐδε μάτην

288. συπαλγῶ] Ita scribendum censuit Pauw; recte, ut anapæstus certus sit, Vulg. ξυπαλγῶ Ald. Rob. Turn. 292. νιίμαιμί] κίμοιμ΄ Ald. Rob. γε κίμοιμ΄ Turn. Garb. 293. γνώσι] Sic Athenæus, qui hunc locum citat, lib. iv. p. 165. D. ed. Casaub. γνώση codd. et Edd. omnes. ἴτυμ΄ μάστη] Athenæus . l. l. totum hunc versum ita profert, γνώσι τάδ ὡς ἴτυμά γ' οὐδὶ γὰρ μάτη. Metro autem aptior est lectio vulgata, quam præbet Rob. Post γνώση Cod, Viteb. omittit δὶ, quod ad vinciendam orationem necessarium est. Id. εὐ pro εὐδὶ. Pro ἴτυμ΄ Ox. habet ἰτήτυμα.

cubi domicilium habebat. Δώματος 'Assawi meminit Homerus, Iliad. g. 311. idque eum post Æthiopas in O-ceano meridionali, aut saltem versus oceasum hibernum posuisse verisimile est. Id vero etiam Æschylum tenuisse levi quidem conjectura, sed tamen haud prorsus contemnenda, ducor ad suspicandum. Ubi Atlantis et Typhonis mentionem facit Oceanus, ita loquitar, ut eum ea loca, ubi illi versabantur, in hoc ipso itinere prætervectum esse credibile sit. cf. v. 347. 352. 363-365. Itaque si fingamus Oceanum e sinu Hesperio ad promontorium, quod Essies zies vocabatur, recto itinere ad Pontum Euxinum contendisse, ad sinistram Atlantem in Mauritania ex aëre despicere poterat; deinde vero etiam Siciliam supervolans Ætnam, cui Typhon subjacebat. Et quoniam Oceanitides in codem antro cum patre Oceano habitabant, coll. v. 130. Æschylus forsan cum Nyniphas se in antro suo sonum ferramentorum, quibus Prometheus affigebatur, exaudiisse, dicentes fingit, pro radi, quæ tum erat, Geographiæ notitia imaginatus est, antrum Oceani et Nympharum sic versus occasum hibernum subjacere monti Scythico, ad quem Prometheum religatum esse perhibet, ut linea recta ex isto monte per mediam tellurem, sed versus occusum hibernum ducta

ipsum Oceani et Nympharum antrum penetraret. Sed hic ipsi suo lectores utantur judicio; nihil enim impedio. Fieri enim potest, ut Æschylus ipse, unde venerit Oceanus, et ubi ejus domicilium esset, aut ignoraverit, aut certe definire noluerit. δολιχής κελεύ-Sου et viæ longitudinem et cursus celeritatem innuit. δολιχής κελεύ-Θυ τίρμα i. q. μακράς κελεύ-Θυν πόρος, Theb. v. 548. διαμειίδιε, superare, de via, quam quis post tergum relinquit.

286. sq. τὸν ωτινυγωνῆ τὸθύνων. Velocem hunc alitem imperio sine frenis gubernams. Admirationis enim augendæ causa, non brutus, sed mente ac ratione præditus esse fingitur.

288. rais—suradys. Scito autem me

et ipsum tuis ærumnis angi.
289. sqq. vó er yàg—ñ vó. Nam ut
id fuciam et cognatio nostra me impellit,
nec si a necessitudine discesserim, alium
habeo, cui plus quam tibi tribuam. Cognati crant Prometheus et Oceanus;
hic enim pariter ac Themis, mater
Promethei, Ca'o et Terra natus erat.

293. γνώς: Τοι μω. Vera autem hac esse experieris; non enim inanibus verbis gratificari meum est. μάτης χαριτογλωσσίν est vana spe aliquem lactare, multa prolixe policeri, quæ servare aut nolis aut nequeas.

Χαριτογλωσσείν ένι μοι. Φέρε γάρ Σήμαιν δ τι χρή σοι ξυμπράσσειν. Ου γάς ωστ' έςεῖς ως 'Ωκεανοῦ 295 Φίλος ές δεβαιότερός σοι. Πρ. "Εα, τί χρημα; καὶ σὸ δὴ τούνων ἐμῶν "Ηκεις ἐπόπτης; ωῶς ἐτόλμησας, λιπών 'Επώνυμόν τε ρευμα και σετεηρεφή 300 Αυτόκτιτ' άντεα, την σιδηρομήτοεα Έλθεῖν ἐς αΐαν; ἢ θεωρήσων τύχας 'Εμάς ἀφῖξαι, καὶ ξυνασχαλῶν κακοῖς; Δέρχου θέαμα, τύνδε τον Διος Φίλον, Τον συγκατας ήσαντα την τυραννίδα, 305 Οΐαις ὑπ' αὐτοῦ σημοναῖσι κάμπτομαι. 'Ωκ. 'Ορά Προμηθεύ, καὶ σαραινέσαι γέ σοι

294. Χαριτογλωσσιν σε χαριτογλωσσιν Cod. Viteb. Ed. Ald. inepte; nam sic, quod communiter eloqui deberet Oceanus, id ad singularem Promethei personam transferret. σει χαριτογλωσσιν Rob. haud melius. Lectio recepta e Vict. in cett. edd. transiit. 295. ξυμαγάσσιν συμαγέαττιν Ald. Rob. Vict. etc. anto Brunck. 296. ποτ ἱριῖς ποτε φης Οχ. Ald. 297. φίλος] additur εντρος Schol. Rob. e glossemate, 298. σὰ δη δη abest Rob. 301. αὐτάπτιν] αὐτόπτιν Ald.

294-297. Oies-soi. Agedum, impera, quibus rebus te a me adjuvari velis. Non enim Oceano alium tihi certiorem amicum esse dices. Totum hoc exordium fidum, ingenuum et honestum Oceani animum luculenter prodit.

298. ἴα, τί χεῆμα formula est rem inexspectatam admirantis, cujus exempla multa occurrunt, v. c. Eurip. Or. 1611. Androm. 896. quæ loca Cel. Valckenario debemus, ad Hippol. p. 260. Ehcu quid hoc est rei? καὶ σὺ δὰ — ἀτόστης ; Τυ quoque venis, laborum meorum spectutor? ut supra v. 118. πόνων ἰμῶν Υιωές.

299. τος ἐτόλμησας, quomodo animum inducere vel hoc a 'e impetrare potuisti. Ita sæpe ponitur τολμῷν. Similiter in Supplicibus Rex Danaidas interrogat: ἀλλὰ τῶς πατςῷα δώματα λισιν ἔτλητε;

300. ἐπώνυμον ἐιῦμα, fluctum cognominem, Oceanum, mare, significat; adcoque eum ab Oceani persona distinguit. πετερηείδη αὐνόκτικ ἄντρα sunt antra scopuloca non manu sed natura facta, (die sich selbst von Natur gebildet haben).

301. σίδης ομήτορα αίαν Scythiam designat. Chalybes enim, Scythiæ populus, ferrum invenerant.

302. sq. ñ Stwenswr-zanoïs. Num fortunam meam spectaturus venisti, es quia te majorum meorum miseratio cepit l'Iterum observari velim, quot modis Aschylus in iisdem rebus orationem variare soleat.

304. sqq. dienes Siana. Intuere hoe spectaculum. cf. v. 140. 241.

τουδι — συραννίδα. Hunc Jovis amicum; et in constituendo regno ejus adjutorem. cf. v. 119. 120. ex quo apparet, cum se supra του Διος ίχε ρου appellaret, id ninil aliud significare, quam Jovi invisum, aut ab eo in inimici loca habitum.

306. είκις—πάμπτομαι. Vid. supra. v. 257.

3)7. sq. ięń worzing. Video Prometheu, ct tibi quidem optima consilia dare volo, etsi natura satis callido. Blandam amici vulneri manum admovet Θέλω τὰ λῶςα, καίπερ όντι ωρικίλω. Γίνωσκε σαυτόν, και μεθάρμοσαι τρόπους Néous véos yag xal túparros er Seois. 310 Εί δ' ώδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους 'Ρίψεις, τάχ' ἄν σου, και μακράν άνωτέρω Θακών, κλύοι Ζεύς, ώς ε σοι τον νύν χόλον Παρόντα μόχθων σαιδιάν είναι δοκείν. 'Αλλ' ὦ ταλαίπωρ', ᾶς ἔχεις ὀργὰς ἄΦες, Ζήτει δε τωνδε σημάτων άπαλλαγάς. 'Αρχαῖ' Ίσως σοι Φαίνομαι λέγειν τάδε:

315

309. μιθάρμοσαι] μιθάρμοσον Cod. Viteb. quod vulgato cur præferendum sit, non video. μετάρμοσο marg. MS. Morell. μεθάρμοσα habent Ald. Turn. Victor. Stanl. μεθάρμοζε Rob. 312. ἀνωτέρω] ἀνωτέρω Rob. 313. 9απῶτ] Θαπῶτ Ald. Turn. Rob. κλύω] κλύη Ald. κλύμ MS. Viteb. At optati-313. 9a-At optativum sensus et particula år requirit. Id. v. sq. μόχ 9σ. 316. ชพางิเ] ชพา Ald. claudicante metro. 317. λίγων λίγων Ar.

Oceanus, cavetque ne temere illidat. Comparavit Stanl. Homericam Vulcani matrem admonentis imaginem, Iliad. **a'.** 577.

Μητεί δ' έγω σαράφημι καὶ αὐτῆ στο

Πατρί Φίλφ ἐπίηρα Φέρειν Διτ. Multum vero a veteribus celebrata Promethei calliditas. Hesiodus eum Wοικίλον, Wοικιλομήτην, Wοικιλόζουλον, άγκυλομήτην, πάντων πιρί μήδια είδώ-τα, Horatius callidum, Catullus solerti corde Prometheum appellat.

309, 310. yérwezi euvrèr, cogita qui sis, tecum habita, et noris adversus Jovis potentiam infirmis te viribus contendere. και μεθάρμοσαι τρόπους νίους, et novos mores indue. μεθαρμόζει alias corrigere, emendare, h. l. autem, quia

views additur, est aptare sibi, induere. nus aulicorum prudentiam, qui mores suos semper ad regis exemplum componunt.

311-314. el d' Sde-donsiv. Si vero tam aspera et aculeata verba jeceris, cito fortasse, quamvis procul a te in excelsiore throno sedens, te Jupiter audiat, ut hanc malorum acerbitatem ludum jocumque fuisse exist maturus sis.

τιθηγμένοι λόγοι, dicta quasi cote irácundiæ acuminata, quæ alterius animum mordent ac pungunt. Bene observat Valckenaerius V. D. (ad Hippol. Eurip. p. 239. ubi ét h. l. et Theb. v. 717. et alia exempla commemorat) animum incitatum ira, odio, vel alia perturbatione dici poëtis σιθηγμίνη, hic autem σεθηγμίνους λόγους mitibus verbis opponi. jirrur de dicteriis frequenter usurpatur, ut Latinorum jacere. vázs hic et probabilitatem et celeritatem notat; (Germ. wer weiss wie bald) cujus usus aliud exemplum e Plat. Phædr. p. 257. affert doctiss. Hoogeveen in doctrina particularum Græcarum, cap. liv. S. 4. p. 1134.

Χόλος μόχθων, acerbitates et dolores. παιδιάν είναι δοπείν. Stanleius apte contulit Terentianum: Hic vero est, qui si amare occaeperit, ludum jocumque dices fuisse alterum, Ter. Eunuch. 2, 3.

315, 316. & \lambda' --- & \pi a \lambda \lambda \text{arallayés. Tu outem, ó miser, iras, quas foves, dimitte, et quære, quomodo te ex his malis tiberes. ἀπαλλαγαὶ, plurali singularis loco posito. Aut ἀπαλλαγαί sunt liberationis præsidia. cf. v. 471. 760.

317-319. Fortasse obsoleta tibi et stulta videbuntur quæ dicam, verum tamen est, talia impotentis superbiloquentiæ præmia esse solere. åexaia dicuntur antiqua, h. e. ab nostræ ætatis sensu et judicio nimium aliena, adeoque stulta et futilia. Sic sæpe apud Aristophanem, v. c. Nub. 912. 980. Comparavit etiam Morell. Ciceronis dictum Τοιαῦτα μέντοι τῆς ἀγαν ὑψηγόρου
Γλώσσης, Προμηθεῦ, τἀπίχειρα γίνεται.
Σὸ δ' οὐδέπω ταπεινὸς, οὐδ' εἴκεις κακοῖς, 550
Πρὸς τοῖς παροῦσι δ' ἄλλα προσλαθεῖν θέλεις.
Οὐκουν, ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλω,
Πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, ὁρῶν ὅτι
Τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ.
Καὶ νῦν ἐγῶ μὲν εἶμι, καὶ πειράσομαι, 323
'Εὰν δύνωμαι, τῶνδέ σ' ἐκλῦσαι πόνων.
Σύ δ' ἡσύχαζε, μηδ' ἄγαν λαβρος όμει.
'Η οὐκ οἶσθ' ἀκριβῶς, ῶν περισσόφεων, ὅτι
Γλώσση ματαία ζημία προς είθεται;

319. τὰτίχιιςα] bene monet Brunckius, crasin ad metrum necessariam esse, neque adeo, ut vulgo, scribendum τὰ 'τίχιιςα. 320. ταποῖς] καποῖν MS. Viteb. quod haud injuria præfert Zeunius, quia coustructio verbi ἐπιν cum genitivo rarior est, neque tamen Græcis plane insolita; adde quod gratius ad auresaccidere videtur τίπιις καποῖν, quam τίπιις καποῖς 327. λαθροτήμι] λαυροτόμει Ald. 328. ωτριστόφρων Justicor. cujus glossema est altera προσγίνεται, quam habent Ald. Rob. Turn. Garb. etc. præter Brunckium, qui Victorianam

Philipp. 1. Negligimus ista, et nimis antiqua et stulta dicimus. Tass vero pertinet ad sequentia; nempe Oceanus veretur, ne Prometheus locum istum communem de superbiloquentiæ damnis antiquum et ineptum judicaturus sit. µivro, nihilo secius, gleichwol. τὰ ἐπίχειρα proprie, ut Hesychius ex-plicat: τὰ ὑπὶς τὸν μισθὸν διδόμενα τοῖς χυροτίχναις. Lucrum igitur ironice damnum dicit; ut nostri : das hat man nun davon, das kömmt dabey heraus. Sine ambagibus idem proprie dicit Oceanus v. 328. Onnino hic locus de pœnis nimiæ loquendi temeritatis multum a Tragicis frequentatur. Comparaverunt viri docti Eurip. Bacch. 385. Pind. Ol. i. 84. Eurip. Æg. tragm. iii. γλώσσα άγαι ύψήγοgos superbe dicta in Jovem innuit. Idem dicitur Aucesτομών ▼. 327. γλώσσα ματαία ▼. 329. 320, 321. où 8 où 6 ma - 9 i les. Tu tamen nondum es humilis, nec cedis malis. sed præsentibus potius non contentus alia insuper tibi comparare vis. อบ่อ เมื่อเร ะล-

κος cf. v. 179. 3.22—324. οὐκουν—κρατιῖ. Itaque, si me audies, non amplius adversus stimulum calcitrabis, cum videas asperum monarcham nec ullis rationibus obnoxium reguare. έμοιγε χεώμενος διδασκάλω, wenn du meinem Rathe folgen willst. κίντεα λακτίζειν notissima metaphora. Sic weds nivrem un hauriss rus neuriss cou, Pelia ap. Stob. p. 37. et Zenob. 5, 70. Παροιμία θε μέμνηται Ευριπίδης (Bacch. 784. ed. Brunck. 794. ed. Barnes.) Προς κίντρα λακτίζοιμι Ονητός ων θεῷ;—καὶ Αίσχυλος δι ταύτης μέμνη-Tal. - Pind. Pyth. 2. 173. 2007 zirreor δέ τοι Λαυτίζεμεν τελέθει 'Ολισθηρός οἶcos.—quæ loca Stanl. congessit. Cf. Nostrum, Agam. 1633. weds zivred λακτίζει σαροιμία έπὶ τοῦ κατὰ τῶν ἐναντίων τὶ λέγειν η ανράστειν Hesych. qui tamen hac explicatione verum proverbii sensum non assecutus est. Dicitur enim de iis, qui repugnando superioribus plus obsunt sibi, quam prosunt

325. sqq. καὶ νῦς—σεοσείθεται. Et jam nunc eo, et, si potero, tentabo te ex his ærumnis exsolvere. Tu vero quiesce, nec nimis procaciter loquere. Quid i nonne, cum sopientia abundes, satis intelesisti, lingua vanitati pænas infligi γλώσσα ματαία, lingua proterva. Sic μάσαιος Suppl. 206.

Πρ. Ζηλῶ σ' δὰ' οὕνεκ' ἐκτὸς αἰτίας κυρεῖς,
Πάντων μετασχών καὶ τετολμηκώς ἐμοί.
Καὶ νῦν ἔασον, μηδέ σοι μελησάτω.
Πάντως γὰρ οὐ σείσεις νιν· οὐ γὰρ εὐπιβής.
Πάπταινε δ' αὐτὸς μή τι σημανθῆς ὁδῷ.
'Ωκ. Πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς σέλας Φρενοῦν ἔΦυς,
'Ἡ σαυτόν' ἔξγῳ κοὐ λόγῳ τεκμαίξομαι.
'Ορμώμενον δὲ μηδαμῶς ἀντισπάσης.
Αὐχῶ γὰς, αὐχῶ τήνδε δωςεὰν ἐμοὶ
Δώσειν Δί', ὡςε τῶνδὲ σ' ἐκλῦσαι σόνων.
Πς. Τὰ μέν σ' ἐπαινῶ, κοὐδαμῆ λήξω σοτέ·
Προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις. ἀτὰρ

restituit. 330. αἰτίας] ξημίας Rob. male repetitum e versu antecedente. 332. μηδὶ] μὴ δὶ Ald. μηδὶν Rob. 333. εἰστιθης] εἰστιθης invito metro. Ald. Rob. Viteb. 340. τὰ μίν—ποτὶ] Elegans quidem est Valckenarii conjectura, quam ad Eurip. Pheniss. v. 1723. protulit, forte scil. scripsisse Æschylum, τὰ μίν σ΄ ἰσαινῶν εὐδαμῆ λήξω στοτὶ, non tamen adeo certa, ut eam Bruncket in locum vulgatæ, quam omnes MSS. et Edd. exhibent, recipere debuerit. Etenim vulgatæ ἰλλιστικῶς sic exponi potest, τὰ μίν σ΄ ἰσαινῶ, κοὐδαμῆ λήξω στοτὶ ἰσαινῶν, et laudo te, nec umquam laudare desinam. Similiter supra, v. 164. sq. δάμναται οὐφανίαν γίνναν, οὐδὶ λήξιι (sc. δαμνώμενος) περν ἀν ἢ κορίση κίας etc.

330. Znaw or, felicem te prædico; s. non equidem inoideo, miror magis. Indoire et maxaçigur hoc sensu frequenter occurrunt. cf. Valckenaer ad Theocr. Adoniazus. p. 415. 33° σύνικα propterea quod.

331. πάντον - ἰμοί. Cum omnium meorum consiliorum particeps et socius fueris. Hic igitur obiter significatur, Oceanum, quæ Prometheus hominum causa invito Jove perpetrasset, non probasse solum, sed etiam adjuvisse. In στολμηκώς præpositio σὺν αυτ μιτὰ repetenda est ex participio μιτασχών.

332. sqq. καὶ νῦν--δοῦ. Nunc vero

332. sqq. zzz vv-soy. Nunc vero ista omitte; noli propterea laborare. Nam mullo modo ei persuadebis. Valde enim difficilis est. Vide modo, ne quid ipre hoc itinere offendaris. Verbis zzi vv lavos leviter figere Oceanum videtur, quod non prius se adversus Jovem defenderit.

 facultas.

337. δεμώμενος Αντισπάσης. Plane autem nolo, me jam promptum ad hoc iter suscipiendum a te retrahi. μηδαμώς conjunctivo junctum ἐπαγορευτικό est. Nihil tamen prohibet ἐκρητικό s. negative interpretari, modo ἀντισπάσεις pro ἐπνευσπάσεις legatur. Sic sensus esset: Sed me jam ire paratum nullo pacto en timere retrahes. Quod h. l. concinnius esse opinor.

338, 339. κὐχῶ πόνων. Glorior enim hac spe Jovem mihi hoc gratificaturum, ut te ex his ærumnis liberet. κὐχῶν, fidenter prædicare, et cum quadam spei gloriatione.

340. 🖚 μὶν opponitur τῷ ἀτάς. De illo quidem, laudo te, nec laudare unquam desinam.

341. weoDumías yaz oldir lalsíwus, nam ad benevolentiam et officium nihil tibi reliqui facis.

341-343. & rès-Silois. Veruntamen noli laborare; frustra enim laborabis, si quidem velis laborare, neque mihi quioquam proderis.

M

Μηδεν σόνει. μάτην γάρ, οὐδεν οἰΦελών

'Εμοί, σονήσεις, εί τι καὶ σονείν θέλοις. 'Αλλ' ήσύχαζε, σαυτόν έκποδων έχων. Έγω γαρ ούκ εί δυςυχώ, τοῦδ ούνεκα Θέλοιμ' αν ώς ωλείζοισι ωημονάς τυχείν. 'Ωχ. Οὐ δῆτ', ἐπεί με καὶ κασιγνήτου τύχαι Τείρουσ' "Ατλαντος, δς ωρός έσπέρους τόπους Ές ηχε, κίον ούρανοῦ τε καὶ χθονός

*Ωμοις ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον. Τον γηγενή τε Κιλικίων οικήτορα

343. 9iaus] Ita Rob. Viteb. Reg. B. quod particulæ il aptius quam vulg. 9iaus. schius; qui etiam Eustathium allegavit ad Odyss. 2. p. 18. 26. ubi hic versus ita legitur, ut eum omnes Edd. et Codd. MSS. exhibent. 350. 24005 Rob.

344. ἀλλ' ἡεύχαζε, σαυτόι ἐκποδώι Falso transtulit Stanleius: proinde quiesce et te hinc amove. Sensus est: Sed tu cum extra teli jactum sis, cum in tuto sis, quiesce.

345, 346. lya ruziir. Ego enim etsi infelix sum, nolim tamen ideo quam pluri-mis aliis calamitates accidere. Generosum hic animum prodit Prometheus, et quamvis acrem et propositi tena-cem, eundem tamen etiam humanum, benevolum et commodi aliorum studiosum.

347. où dira, nequaquam. isri ussváyzalor, quia me etiam infortunia fratris Atlantis affligunt, qui in Hesperiis oris stat, cæli et terræ columnam humeris haud leve sane onus sustinens. zaevynwww scil. www. Nam Atlas est frater Promethei secundum Hesiodum, Theog. 509. et Apollodorum, lib. i. p. 4. ed. Commel. Diodorus Siculus autem, ut nulla est in his fabulis scriptorum consensio, Saturni fratrem et Cœli filium facit. Sed de Atlante Æschyleo copiosius disputabimus ad locum similem v. 425. sqq.

348. de mede tomigous rómus. Valchenarius ad Eurip. Hippol. p. 277. conjiciebat Æschylum scripsisse weòs iowieus réwus. Recte vero Brunckius, "tertius, inquit, casus non mihi videtur necessario præferendus. weis et waę absque motus significatione accusativum adsciscunt, Pers. 230. weels δυσμές ἄναπτος Ἡλίου Φθινασμάτων, et v. 814. weis ym Marain. Utroque in loco ex auctoritate codd. sic edidimus; infra, v. 513. waę 'Ωπιανοίο κα-κρὸς ἄσδικον ωόρου."

345

350

351. Atlantis ideo potissimum hic meminerat Oceanus, ut ostenderet, se iter ad Jovem non solius Promethei causa suscipere, adeoque ultimum argumentum, quo eum ille ab hoc itinere avocare cupiebat, everteret. Jam vero Typhonis mentionem injicit, ut novo exemplo Prometheum doceat, nullam vim adeo potentem, nullamque ferociam tam superbam esse, quæ a Jove vinci ac retundi non possit. Quapropter consilio ejus aptissimum est, quod primum vivis coloribus Typhæi minas et conatus adversus Jovem, deinde autem turpem ejus cladem, acerbissimasque pœnas depingit. Cum enim vehementer cupiat mitiorem Prometheo mentem inspirare, eique ut supplex Jovi se submittat persuadere, nihil utique magis idoneum videri poterat, quam Typhonis exemplum; cujus commemoratione ubi eum nihil commoveri intelligit, mox omnem, quam de salute ejus restituenda conceperat, spem deponit.

Typhoëi s. Typhonis Homerus se-

*Αντρων ίδων ώκτειρα, δάϊον τέρας, Εκατοντακάρηνον στρός βίαν χειρούμενον

353. inaroranágoror Ita omnes. inaroynágoror Pauw; qui dubitat in principio versus duo anapastos positos fuisse. Et recepit Morell qui cum hac forma comparat izarón zue, izaráparolos, nisi malis izaron zazágnos in pronuncian do corripere, q. d. inarerrangenter. Nos Brunckio assentimur, qui nihil mutandum

mel tantum et obiter mentionem facit, Iliad. B'. 782. Hesiodus eum Telluris minimum natu filium, ex Tartaro susceptum esse fingit. Formam vero ejus beculenter his versibus describit, quos cum Æschyli phantasmate comparasse meminem pænitebit:

Όπλότατον τίχε πάιδα Τυφωία Γαΐα **3**0 ελώς η

Ταριάρε το φιλότη ι διά χρυσην Αφροδίτην. Ou xsies ple laon to loxui leypar' !χουσαι

Kai क्लेडिंड क्रेंब्रिक्ट रहिन्दिन स्थानिक स् อ์เ อันเมร

Theory or dreftegor heher hores in de oi

Θισπισίης αιφαλησιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμά-

guret. Narier d'iz zipadier rūg zaútre digze-

Φωναί δ' εν σεάσησιν έσαν δεινής κεφαλήσι, Harroine on leious alsoqueror .-

Pindarus autem hujus Typhonis furori pariter ac Noster ignes tribuit ab Ætna ejectos, cujus quidem locus adeo similis est Æschyleo, ut ille Tragicum imitatus esse videatur:

°Oς τ' ἐν αἰνῷ Ταρτάρφ κεῖ-TEL OSET WOLLES · Tubus inarovranáparos, rév mors Kilikion Destes Wedus-

vomer arreer. võr de hair Tai & vaie Komes aduserus ex Ses Dinela T'avros withe Στίρια λαχνάιντα: χίων Δ' οὐεανία συνίχει Nopines' Alera, wantes Xiévos egsias Tidhva. Τᾶς ὶριύγονταί μιν ἀπλά-रक्ष स्टब्ट्डेंड केंग्रुग्डेरसरसा

Έπ μυχών παγκί ποταμοί Δ' αμέραισίν μεν προχέοντι ρόον καπνδ Αΐθων. Δλλ' εν δρφναισιν πέπρας Φείπεσα πυλειδομίνα φλόξ ές βαθεί-

सा क्रिंहरा क्रांबि क्रोर्ट्स क्रिंग क्रिंडिंग क् Κείνο δ' Αφαίσοιο προύνους έρπετὸν Δεινοτάτους άναπέμ-

πει τέρας μέν θαυμάσιον προσιδί-Dai. Jaupa di zai wagior-

TON EXOUTEL. Οίον Αίτνας έν μελαμφύλ-

λοις δίδιται πορυφαϊς Καὶ πίδω: ερωμνὰ δὶ χαράσ-

ธอเฮ๋ ผีสผา หมีของ ซองเมยมมิเนย์หอง REVTEI.

h. e. e versione ab Ill. Heynio curata: quique in horrendo Tartaro jacet, Deorum hostis, Typhos centiceps, quem olim Cilicum enutrivit famosum antrum: nunc vero et supra Cumas mari septa littora, et Sicilia ejus premit pectora hirsuta, columnaque cœlestis eum cohibet, nivosa Ætna, per totum annum acris nivis nutrix. Cujus eructantur inaccessi ignis liquidissimi ex cavernis fontes, fluviique interdiu profundunt vorticem fumi candentem; noctu vero saxa volvens rubicunda flamma in profundum defest maris æquor cum fragore, etc.

ynysm Typhoës nominat Æschylus, Terre filium, ex vulgari fabula; at in Hymno Homerico in Apollinem Juno Jovi irata eum peperisse fertur, v. 307. sqq. Κιλικίων είκήτεςα άντεων, scilicet ubi natus est, et, antequam bellum cum Jove gereret, habitavit. δάϊον τίeas, immane monstrum, ad horribilem corporis formam pertinet, quam describunt Hesiodus et Apollodorus.

353. inarorranágnyor. Ita et Pindarus ἐκατογκίφαλοι, Ol. iv. et ἐκατοισακάρανον appellat. προς βίαν χειρού-Maron, post violentam pugnam vi Jovis devictum. Soveor, impetuosum, ut alibi desves r' deputies re vocatur, Homer. hymn. in Apoll. v. 306. waen is drrien Sie; sie et Apollodorus narrat. σμιρδιαίσι γαμφηλήσι συρίζων φόνον, επ horribili ore cedem exsibilans, gravi meΤυφώνα θούρον, σάσιν δς άντέςη θεοίς, Σμερδυαίσι γαμφηλήσι συρίζων φόνον. 355 Έξ ομμάτων δ' ήςραπτε γοργωπον σέλας, **Σ**ς την Διός τυραννίδ' έκπέρσων βία: 'Αλλ' ήλθεν αύτω Ζηνός άγρυπνον βέλος, Καταιδάτης κεραυνός ἐκπνέων Φλόγα, *Ος αὐτὸν ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων 360 Κομπασμάτων. Φρένας γάρ είς αὐτάς τυπείς Έφεψαλώθη κάξεβροντήθη σθένος. Καὶ γῦν, ἀχρεῖον καὶ σαρήορον δέμας,

354. σᾶσιν δε] δε σᾶσιν Rob. metrum pervertens. σᾶσ' δε Stanl. conjicit, ut anapæstum ejiciat. Non opus est. 355. σμεφδναῖσι γαμφηλῆσι] Sic Ald. anapæstum ejiciat. Non opus est. Brunck. σμιεδναίσι γαμφηλαίσι Vict. δειναίσι γαμφηλαίσι Rob. διναίσι γαμ-จุดนะเอง legitur in Eudociæ 'เองเฉี nuper a Cl. de Villoison edita p. 406. mendose. 357. ἰκπίρσων βία] ἐκπίρσαι Θίλων Ald. Marg. MS. Pover] Poser Schol. Rob. e glossa Grammatici qui futurum participii sic declarabat. 358. ἄγρυπνου βίλος] ἄγριου σίλας V. L. ap. Steph. Potterus ad Lycophr. p. 381. conj. ἀγρύπνου, ut sit epitheton Jovis, non fulminis. At vulgata ratio elegantior est. 363. «πρήσ» eer] σανάωρον Οχ. Ald. σαράωρον Vit. et cit. Steph. Futile est, quod nescio cui in mentem venit ap. Morell. σανήπορον, q. d. σανάπορον. Nec melius σανήορον i. e. apera marg. MS. ap. eund.

taphora, neque tamen supra cothurni modum elata. Nam συςίζει» φόνον non est audacius dictum, quam cum nos vel in communi vita dicimus Mord schnauben. Et Apollodorus: μιτὰ συριγμών όμου καὶ βοῆς ἐφέρετο.

356. if opparar of Asparts yogyawor oixas, ex oculis autem terribilem ignem fulgurabat. Apollodorus: wve di

idientro roïs dupar.

357. is Biq. Sperans scilicet se Jovis

imperium vi expugnaturum. 358, 359. ἀλλ' Άλθιν — ἐκπνίων φλόγα. Sed irruit in eum pervigil Jovis selum, fulmen caducum flammam spirans, quod eum grandisona jactatione excussit. Bilos de Jovis fulmine frequenter adhibetur. Sic patris summi Typhoëa tela apud Virgilium, Æn. i. 665.

359. zaraibárns zseauros. "Recte Schol. monet speciem esse fulminis ita dictam. Schol. Aristoph. in Equites: र्चा ४ केट्र प्राट्सणाचा नं प्रोप प्रसरकारिक्टमा, नं δὶ ψολέντες, οἱ δὶ ἀργῆτες καλοῦνται, ὡς Ὁμηρος ἐνόμωσεν. Auctor lib. de mundo: Τῶν δὶ κεραυνῶν οἱ μὶν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λίγονται· οἱ δὲ ταχίως motidas, Oteomtroi expersi di, desi naraสมท์สารอบสา sis สา. Ad tertiam speciem pertinent, quæ postea profert, Things & inhaptours

Στεροπης ζάπυροι. Ad quartum *** Lycophron: ων καταιδάτης Σκηπτὸς κατ' ἔρφνην γεύσεται δηουμένων. Horatio fulmen caducum." Stanleius. Nobis quidem Æschylus physicorum istam fulminum divisionem parum curasse videtur; et καταιδάτης κέραυνος nihil aliud est, quam: Jupiters herabfahrender Donner-

361, 362. Peives - Sives. Nam ad insa præcordia ictus fulmine ambustus, exterritus animi atque attonitus robur perdidit. ἐΦε ναλώθη, ambustus est, (non dejectus, ut Garb. vertit,) cf. v. 372. ubi dicitur ηνθεακωμίνος. inceorrar est tonitruum vi excutere. o Divos est accusativus more Græcorum cum passivo constructus. Cur Pauwius nominativum esse voluerit, non assequimur.

363, 364. zaì vũv-Salassiou. Et minc inutile et protensum corpus jacet prope maris scil. Siculi fretum. &xerior dicitur corpus evanidum viribus fractum. raenocor optime vertit Garb. portensum. Stephanus comparavit Iliad. ".

Κείται ζενωπού ωλησίον θαλασσίου 'Ιπούμενος ρίζησιν Αἰτναίαις ὅπο· Κορυφαίς δ' εν άκραις ήμενος μυδροκτυπεί "Ηφαιςος, ένθεν έχραγήσονταί σοτε

365

365. iπούμενος] iπνούμενος Codd. et Edd. omnes. iπούμενος conj. Steph. item Gedike in vers. germ. Pythiorum Pindari; quod cur receperim, exposui in comm. ad h. l. ἐπνούμενον alicubi reperit Brunck. ¡ίζησιν] e Cod. Reg. B. vulg. ģiZeieiy.

156. ubi de Ereuthalione a se interfecto Nestor ait : πολλός γάς τις ἔκειτο παρήσεος Ινθα καὶ Ινθα, quem locum in lexico Homerico Apollonius, (p. 642. ubi Æschyleum hunc locum contulit Cl. Villoisonus, et Stanleium, qui vertit inhonorum, jure reprehendit,) huic interpretationi subjungit: " is i is καὶ πεπτωκώς, καὶ τῷ μεγέθει τοῦ σώ-μαστος παραιωρούμενος. Pindarus quidem loco supra exscripto Typhonis corpus ita porrectum fuisse, ut pars ejus sub Italia jaceret, narrat; Noster autem moderatius fingendi potestate usus Ætnæ tantum subjectum esse perhibet. Pindaro propior Ovidius, Metamorph. v. 346.

Vasta giganteis ingesta est insula mem-

Trinacris; et magnis subjectum molibus urget

Æthereas ausum sperare Typhoëa se-

des. Nititur ille quidem pugnatque resur-

gere sæpe, Dextra sed Ausonio manus est subjecta Peloro,

Læva, Pachyne, tibi: Lilybæo crura premuntur,

Degravat Ætna caput, sub qua resupinus arenas

Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhoëus.

Sæpe remoliri luctatur pondera terræ Oppidaque et magnos evolvere corpore

365. iroumsvos-uro. Vulgata lectio impoύμενος nec cum adjuncto ρίζησεν bene coit, nec per se sensum commodum præbet. Si enim i avoi με vos significaret, camini loco inserviens, aut quasi in caminum mutatus, quid ineptius? aut si idem ac tostus, ambustus, quid ab Æschyli copia et ubertate alienius, cum eadem notio jam v. 362. 372. occurrat? Itaque nihil verius est lectione iστούμενος, in quam Stephanus et Gedickius conjectura inciderunt. Sensus: Jacet sub rudicibus Ætnæ depressus. Novum huic lectioni præsidium accedit e Pindari comparatione, qui dorsum Typhonis radicibus arborum Ætnæ compungi fingit.

366. πορυφαϊς δ in anguis ημενος μυ-δροπτυστεί "Ηφαισος. In summis autem verticibus ferrum cudit Vulcanus .-" μυδρος interprete Hesychio est σίδηρος Tale quiddam Anaxagoras solem esse prædicavit, μυδρό scil. διάπυρον, Diog. Laert. in Anaxag. Hinc μυδροκτυπεύς, χαλκεύς. Callimachus de Cyclopibus:

— ἐπ' ἄκμοσιν 'ΗΦαί**ς**οιο

Εσαότας ωιρί μυδρόνquod mox exponit:

Η χαλκόν ζείον α καμηνόθεν, ἡὲ σίδηρον." 367. sqq. IrIr — yvas. Unde olim prorumpent fiamma flumina, qua savis dentibus latos frugiferæ Siciliæ campos depascent. Græci poëtæ, qui propius a prima ignis inventione aberant, ejus vim et figuram sæpe cum corporis humani partibus comparare solent, indeque metaphoras ad nostræ linguæ ingenium justo audaciores eliciunt, quæ si ad naturam et intelligentiam antiquioris ætatis revocentur, neminem sane offendant. Itaque wueds yrásos, συρος βόσρυχος, et quæ sunt generis ejusdem in Æschylo nemo vituperet. Notum est, Marinarum insularum incolas, cum primum Magellano ad eorum littora appellente, ignem conspexissent, eum animal esse credidisse, quod ore et halitu noceret. Apud Plutarchum (in lib. was ar ris va 129ear ωφιλοίτο, paulo post init.) Satyrum quendam ignem exosculari voluisse narratur. Tou di exercico ed mue es **σεώτον ώφθη, βουλομίνου φιλήσαι καλ**

Ποταμοί συρός δάπτοντες άγρίαις γνάθοις Της καλλικάρπου Σικελίας λευράς γύας. Τοιόνδε Τυφώς έξαναζέσει χόλον Θερμοῖς ἀπλήςου βέλεσι συρπνόου ζάλης, Καίπερ κεραυνώ Ζηνός ήνθρακωμένος.

370

Πρ. Σὺ δ' οὐκ ἄπειρος, οὐδ' ἐμοῦ διδασκάλου.

371. 9 semis] Seemis Rob. Victor. Siems Stanl. 369. Asupais] Asupaus Rob. อิมเขอรัร conj. Pauw. male. สัสโทรอบ] Gedike l. l. conj. สัสโทรอร์ Sed vide Commentar, ad h. l.

wielbadis & Heomndins scil. Ion Τράγος, γίνειον ἄρα τσενθήσεις σύ γε; Καίει τὸν ἀψάμενον

quos quidem versiculos non dubito ex Æschyli Prometheo συρφόρη depromptos esse.

368. ayeiais yrá9ois. Ut Choëph.

 323. πυρὸς ἡ μαλερὰ γνάθος.
 370 — 372. τοιόνδε — ἡνθεαπωμένος. Tali irarum æstu effervescet fervida tela ex imo æstuario ignem exhalante eructans. Záln non solum turbinem et procellam, verum etiam maris æstum notat; h. l. itaque imus Ætnæ fundus igneæ materiæ (Lavam dicunt) plenus intelligitur. Sic Virgilius, Æneid. iii. 571. sqq.

horrificis juxta tonat Ætna ruinis Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem

Turbine fumantem piceo et candente favilla,

Attollitque globos flammarum et sidera lambit,

Interdum scopulos avulsaque viscera montis

Erigit erucțans, liquefactaque saxa sub

Cum gemitu glomerat, FUNDOQUE EX-

ESTUAT IMO. Záln wvervoos igitur est : die flammenhauchende Feuersee. Si vera est lectio &&xxisev, immanem profunditatem notat, propter quam quasi expleri non potest. Mihi tamen certum est, Æschylum scripsisse andárou, inaccessæ; id primum aptius est ad terribilem hujus phantasmatis speciem augendam, deinde cum Pindari descriptione consentit, qui idem dixit ex Ætna erumpere Exlavor wugis wayas. Hic itaque Typhon resupinus jacere, nec solum

ipse ignem efflare, sed etiam ventum excitando ignes subterraneos ejicere, simulque favillam, fumum et saxa (quæ sunt ejus βίλη) extrudere fingitur.

372. zaírse hrezanuptros. Sic Enceladi semiustum fulmine corpus ap. Virgil. l. l. v. 578.

Ceterum hæc descriptio cnm omnis ad terrorem Prometheo incutiendum, atque ad summam Jovis potentiam declarandam directa sit, verissimasque imagines gravissimis pariter atque aptissimis verbis exprimat, causam video nullam, cur eam cum doctissimo Gedickio (in elegantissima Pythiorum Pindari versione Germanica, p. 30.) turgidam esse arbitremur. Certe si ea tantum oratio turgescit, que aut levia et mediocria sublimiter efferre cupit, aut ea quæ vere grandia sunt propter nimiam sublimitatis affectationem falsis imaginibus, sententiis verbisque rerum naturæ aut loquentis conditioni adversantibus involvit, equidem h. l. tragicum nostrum prorsus ea culpa absolvendum esse crediderim. Nam cum Pauwius existimabat v. 352. male coire verba des gariea cum sequentibus daior rigas, oblitus fuerit necesse est, nihil magis ad misericordiam excitandam valere, quam potentium virorum ruinas, corumque fortunæ eversiones. Neque vere ultima pars narrationis aliter interpretanda est. Furores enim Typhoëi sub Ætna conclusi summæ ejus desperationis indicia sunt, et graviorum pænarum omina. Quid igitur hujus exemplo ad flectendum Promethei animum aptius, et ad vincendam ejus obstinationem ac superbiam fortius videri poterat?

373. sqq. eù-xélov. Tu vero cum nec. ipse imperitus sis, nec me monitore Χρήζεις. σεαυτον σῶζ ὅπως ἐπίςασαι.
Έγω δὲ τὴν ωαροῦσαν ἀντλήσω τύχην,
Ές, ἀν Διὸς Φρόνημα λωφήση χόλου.
Όχει Οὖκουν Προμηθεῦ τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
'Οργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;
Πς. Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσση κέας,
Καὶ μὴ σφριγῶντα θὰ καὶ τολμᾶν τίνα

377-380. Ofnour-Bin] Latinus poëta, nescio quis, 376. λωφήσω cit. Turn. Attius fortasse, apud Ciceropem Tusc. iii. 7. hos versus ita reddidit: Oc. Atqui Prometheu, te hoc, tenere existimo, Mederi posse rationem iracundiæ. Pr. Si quidem puis tempestivam medicinam admovens Non aggravescens vulnus illidat manu, unde Steph. conjiciebat Nostrum pro degnis rosovens scripsisse Vuxus rosovens, quæ lectio occurrit in commemoratione h.l. apud Plutarchum is नव व्यवस्थानियाम् τρος 'Απολλώνιον init. et apud Eustath. in Iliad. 696. 33. Putabat nimirum Steph. Latinum poëtam verbo iracundiæ expressisse Græcum ψυχης νοσούσης. Cui Pauwius hoc opponit, ἐξγὰν proprie esse omnem animi appetitum et affectionem, sive bonam, sive makam; existimatque Ψυχάς ex interpretatione Grammatici, qui ignotam vim substantivi dern notiore vocabulo explicaverit, ortum Quæ quamquam probabiliter dicta sunt, æquo jure tamen aliquis dicere possit vocabulum seyns glossema esse, quo Scholiastes vim duorum vocabulorum ψυχης recevens uno verbo exprimere voluerit. Ex quo conficitur, utriusque lectionis δεγῆς et Ψυχῆς momenta fere paria esse, nec, ut nunc est, certi quid-quam de lis definiri posse. 379. μαλθάσση] μαλθάση Ald. Rob. 381. προun Sue Sul] Sic Rob. et Codd. Regg. idque cum Valckenario ad Phæniss. 1475. et Brunckio prætulimus alteri mes vuesin Sas, quod habent Ald. Turn. Victor. cod. Viteb.

egeas, fue ut te ipsum pro ea que tibi est scientia serves; ego vero prasentem fortunam feram, donce Jonis ira deserviat.

876. Is a' iv. Pro loss il, donec, observante Cl. Valckenario, ad Eurip. Hippol. p. 236. 2. is i lonice scribentibus is ai, Atticis Is as dicebatur; hoc jungi solet indicativi temposibus; is a' iv postulant subjunctivum.

377. obnew. Latinus poeta apud Ciceronem, cujus versionem h. l. inter V. L. dedimus, legisse videtur euzeu, nec post Lévei interrogandi signum, sed punctum in libro suo invenisse. Reddit enim Atqui Prometheu etc. Sed vahementize Oceani interrogationis forma melius respondet. Lévei sunt alloquia rationibus et argumentis ad commovendum animum compositis plena. (gutes Zureden.)

379. ys iterum antecedentis questionis affirmationem cum restrictione fivolvit. σφειγών 3υμός opponitur τή μαλακή, estque adeo tumens smimus,

ira et vindictæ cupiditate elatus. Hesychius: εφειγῶντα, ἐπαιρόμανον, ἐεχύοντα. (Verbi εφειγῶν notiones nemo melius declaravit Cel. Ruhnkenio ad Timæi lex. platon. quem jam Morellus jure landavit.) Eodem modo τῷ μαλ. Θάσειν opponitur ἐεχναίντιν, et ut illud emallire est, sic hoc duriter et aspere tumorem tractare, significat, s. violenta manu atterere et irritare. Ducta vero est elegans allegoria e medicorum rationibus, qui corporis tumori fomenta adhibent, eumque sensim ac leniter emolliunt, tantum abest ut scalpellis laccrent, aut ignibus urant.

381. προμηθείσθαι, quod etiam Valckenario, summo viro, placuit, ad Eurip. Phœniss. 1475. ideo præferendum duxi lectioni προδυμείσθαι, quod primum in ea suavis inest ad nomen Promethei allusio, deinde sequentis ejus responsionis pervicacia magis exaggeratur. προμυθέων enim Oceani jam supra 3.341. et laudaverat et deprecatus

Όρᾶς ἐνοῦσαν ζημίαν; δίδασκ' ἐμέ.
Πρ. Μόχθον περισσὸν, κουφόνουν τ' εὐηθίαν.
'Ωκ. "Εα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν, ἐπεὶ
Κέρδιςον, εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.
Πρ. Ἐμὸν δοκήσει τὰμπλάκημ' εἶναι τόδε.
'Ωκ. Σαφῶς μ' ἐς οἶκον σὸς λόγος ςἔλλει πάλιν.
Πρ. Μὴ γάρ σε θρῆνος ὁὐμὸς εἰς ἔχθραν βάλη.
'Ωκ. Ἡ τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἔδρας;
Πρ. Τούτου φυλάσσου μή ποτ' ἀχθεσθῆ κέαρ.
'Ωκ. Ἡ σὴ, Προμηθεῦ, ξυμφορὰ διδάσκαλος.
Πρ. Στέλλου, κομίζου, σῶζε τὸν παρόντα νοῦν.
'Ωκ. 'Ορμωμένω μοι τόνδ' ἐθωϋξας λόγον.

384. τήνδε την νόσον] τηθε τη νόσογ Ald. Rob. Receptam lectionem præiverunt Ox. Turn. Brunck. 387. τίλλει] τελεί Οχ. πάλιν] πάλαι Cod. Viteb. 389. Θακούντι] κρατούντι Ald. Turn. Victor. quod vel glossema est lectionis receptæ, vel e similitudine sequentis vocabuli παγκρατείς natum. Θακούντι est in MSS. Regg. Viteb. νέως Θακούντι MS. Marg. Morell. (non autem Aldina, ut in hujus editione falso notatum est.)

erat; hic vero cum ipsam quoque providentiam ab Oceano sibi commendatam inutilem et superfluam dicat, gravius utique ferit spectatoris animum incredibilis viri pertinacia. Ceterum προδυμαίοθαι sic defendi possit, ut in Promethei responso verba μόχθον περισσόν αθ Oceani τολμάν, sequentia autem πουφόνουν εὐνηθίαν αθ προδυμαίοθαι referantur. Servato vero προμηθαίοθαι sic velim Teutonicis verbis efferri sententian: Was kann denn aber ein Versuch aus guter Fürsorge schaden?

such aus guter Fürsorge schaden?

383. Breviter et acute respondet
Prometheus: μόχθον στροσούν πουφόνουν

« τύνθίαν. Germ. So viel, dass die Mühe
vergeblich und die Gutherzigkeit einfültig
ist. τύνθία πουφόνους est benevolentia
consilio ac prudentia destituta.

384. sq. La µs—Феонії. Sine me nunc hoc morbo laborare; plurimum enim prodest recte supienti sapientiam dissimulare.

386. Lude - 7881. Meum autem hoc peccatum videbitur; h. e. etiomsi tu non fugias stultitiæ speciem, ego tamen in hanc suspicionem incurrer nolo, me tibi ejus auctorem fuisse.

387. σαφως—πάλη. Manifesto me tua hæc oratio domum remutit.

388. yèe h. l. cum ellipsi affirmatio-

nis, cujus causam significat. q. d. Utique te remitto, vereor enim. 9eñros sumis pro imos.

385

390

392. τίλλου, πομίζου, abi, aufer te hinc. σῶζε τὸν παρόντα νοῦν, serva istam mentem; hæc non sine acerbitate dicit Prometheus, leviter ei nimium Jovis timorem exprobrans. cf. v. 945.

393. sqq. Male dissimulans Oceanus dolorem, quem ex invicta Promethei pertinacia capit, animum jam dudum ad discessum promtum atque paratum mentitur, et quæ de oiwog 91σεκσκιλιι subjungit, per se quidem frigida sunt, hic tamen ad perturbationem ejns significandam valde apposita. Sic enim et hodie aliquis Oceani loco diceret: Nun, nun, ich war ja so schon im Begriff aufzubrechen; mein Pferd will ohnedem nicht mehr stehn.—iDwiges h. l. nihil aliud significat, quam dixisti. λευρον οίμον αίθίρος, latam aeris viam, i. q. aëre a, ornata periphrasi, nec tamen a persona loquentis aliena. Tragicam enim orationem in dialogis quoque vulgari sermone paulo elatiorem cointioremque esse oportet; modo ne ampullis aut ambitiosis ornamentis delectetur. Vaigu, radit, apposite dictum, ut Virgilius de columba, Æn. v. 217. (ubi Cl. Heynius Æschyli locum non Λευρόν γὰρ οἵμον αἰβέρος ψαίζει πτεροῖς Ὁ τετζασκελής οἰωνός· ἄσμενος δέ τ' αν Σταβμοῖς ἐν οἰκείοισι κάμψειεν γόνυ.

395

ΧΟΡΟΣ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Χο. ΣΤΕΝΩ σε τᾶς οὐλομένας Τύχας Πορμηθεῦ, Δακουσίς ακτον δ' ἀπ' ὅσσων 5ροφή:

394. λευρὸν γὰς οἴμον] λευρῶν γὰς οἴμων Rob. Vulgatum edidere Ald. Turn. etc. ψαίρι] ψαίωι Ald. ψαίνι Rob. Victor. ψαίριι Turn. 395. δ ante τετεραδελελός addidit Brunck. 397. Ante Stanleium in omnibus edd. chorica, quæ sequuntur, monostrophica erant. Sed priora epodica esse primum recte intellexit Stanleius, quorum constitutionem absolvit Heathius. Epodica igitur sunt, quæ av. 397—424. leguntur; et Strophe quidem av. 397—405. Antistrophe av. 406—414. Epodos av. 415—424. pertinet. Tum sequuntur monostrophica av. 425—435. 597. τᾶς] τὰς Turn. 399. δαπερυτίσακτω δ' ἀπ' δεσων] Ita edd. omnes, ante Brunckium, qui Heathium secutus delevit δ', ut versus hic antithetico melius responderet. Sed hoc opus non est, cum in Stropharum et Antistropharum versibus antitheticis non requiratur, ut syllabæsyllabis, pedes pedibus, sed tantum metra metris respondeant, quod non uno loco Heathius ipse monuit. Jam versus antitheticus Μιγαλοσχήμονα πάρχωι—est Ionicus a minore. Ionicus a minore vel ex solis Ionicis constat, vel etiam alios pedes v. c. Epitritos recipit. Versus antistrophes tertius Μιγαλοσχήμονα πάρχωι—constat duobus Ionicis a minore | ου-- | υυ-- | : ideo non opus est ut strophicus ei oppositus eosdem pedes habeat; sufficit si ei metrum Ionicum a minore conservetur, quod non perit, si cum editionibus et codd. omnibus legamus δαπερυνίσακτοι δ' ἀπ' δεσων. Tum enim versus Ionicus a minore constat pede Ionico, et Epitritos ecundo | ου-- | -υ-- | . Particula δì autem more Æschyleo h. l. abesse nequit. cf. locus simillimus v. 145.

neglexit, coll. Valckenaer ad Phœniss. p. 471.) radit iter liquidium. Sed hic de columba intelligit jam volante. Æschylus vero de nisu evolandi intelligit; i. q. avis jam aëra quatit alis, et avolare cupit. Sic idem Virgilius de aquila: simul æthera verberat alis. Æn. xi. 756.

395, 396. ἄσμενος—γόνυ. Ac lubens in domestico stabulo requieverit. κάμστιο γόνυ de animalibus, qui cum se ad quietem dant, in genua procumbunt.

v. 397-562.

397. εὐλομίνα σύχα periphr. pernicies, summa calamitas. Genitivus a verbo animi dolorem exprimente pendet, subint. si vis, τὸ ἴνικα.

399. sqq. & orow jadirar. Oculi

mobiles ac lubrici sunt; vel quod magis placet, molles, teneri, ad lacrymandum promti. Similis locus esset Ovid. de Remedio Anior. 340. (ubi quo pacto aliquis tædium amicæ concipere possit exponit:

Si male dentata est, narra, quod rideat illa:

Mollibus est oculis? quod fleat illa,

refer.)
si ibi molles oculi essent, ut vulg. interpretantur, ad lucrymas faciles, cum potius eos notet Ovidius, quos lacrymæ dedecorent; h. e. nimis languidi. Propius vero accedi illud Pedonis Albinovani iii. 13. Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor. Lectio βα-δινών ornatiorem utique reddit orationem, quam βαδινόν. Vocabulum enim βίσς jam aliud epitheton habet. βαδινόν tamen legisse videtur Hesychius, si modo ad h. l. respexit glossa: 'Ραδινών,

Digitized by Google

'Ραδινών ρέος σαςειάν Νοτίοις έτεγξε σαγαίς. 'Αμέγαρτα γάρ τάδε Ζεὺς 'Ιδίοις νόμοις κρατύνων, 'Υπερήφανον θεοῖσι Τοῖσι σάρος δείκνυσιν αἰχμάν. Πρόπασα δ' ἤδη ςονόεν Λέλακε χώρα, Μεγαλοσχήμονα κάρχαι-

405 ἀντις.

400

400. ραδινών ρίος] ράδινον λειδομίνα ρίος Ald. Rob. Ox. ραδινών λειδομίνα ρίες Yurn. Victor. Sed λειδομίνα recte delendum censuit Heathius, quem cum Brunckio sequimur. Non solum enim hoc participio metrum plane turbatur, sed etiam sententiæ concinnitas perit. Ortum vero est hoc emblema e falsa lectione ἴστιρξα pro ἴστιρξι, quam librarius declarare volens inseruit λειδομίνα. 401. νοτίαις Τυrn. ἴστιρξι ἴστιρξα Ald. Turn. Rob. Victor. etc. Sed Cod. Reg. A. præbet veram lectionem ἴστιρξι, quam Heathius conjectura assecutus erat. 402. ἀμίγαρσα—πορατίνων] ἀμίγαρσσα—πορατίνων βού. 404. Υειδιο τοῖοι πάρος] τοῖς πάρος θειδι Ald. Turn. Victor. Θειδς τοῖς πάρος Rob. Viteb. Ατ. Θειδια τοῖοι dedit Brunck ad Heathii emendationem. 405. διάκυσοι] ἰδιάκνουσι Ατ. δυκνόνι vitiose Viteb. αίχμὰν] αἰχμὸν Viteb. 408. μεγαλοσχήμονα κάρχαμοστεπῆ] corruptam scripturam μεγαλοσ

λεπτον, ἰσχνον, εὐείνητον, ἀπαλον, εὐδιάsusor. E quibus interpretamentis loco nostro nullum melius convenit, quam άπαλὸ, quod idem de oculis dicitur. δακουσίτακτον βίος, rivus lacrimarum, eine Thranenfluth, ut Ovidius de By-blide: humectat lacrymarum gramina rivo, Metamorph. ix. 655. vorious wayais, liquidis fluminibus. Otiosum hic fere est vórsos, præsertim in concursa cum δακευσίτακτον et pios et irsygs. Absolutus enim esset sensus, si scripsisset poëta δακευσίσακτον ἀπ' ὄσσων ραδινών ρέος σαιρειάν έτεγξε. Germanice sic verba sonarent; und aus unsern zärtlichen Augen beschwemmt ein Thränenstrom mit feuchten Fluthen die Wange. Pleonasmus hic parum sane commodus evitaretur quidem vulgata lectione danguoisanter d' an' occur ραδινών λειδομένα ρέος σαρειάν νοτίοις έτειχα σαγαίς. Verum cum ea lectio metrum prorsus corrumpat, hic potius nimium aliquando ingenio poëtam indulsisse fateamur.

402. ἀμίγαρτα γὰρ τάδι non adverbialiter positum; sed accusativus est a πρατύνων rectus. ἀμίγαρτα perperam traxit Stanleius ad Jovis magnitudinem, quæ tanta sit, ut invidiam

superet. Nam sicut v. 143. Peoued # (nhos, non invidenda, erat miserabilis, calamitosa, sic άμίγαςτα τάδι de Promethei tristi calamitate intelligenda, quam Jupiter idiois vomois, h. e. spretis aliis legibus soli arbitrio suo indulgens, πρατύνει, firmat, i. e. irrevocabili constantia decernit. ὑπεςήφακον aiχμαν, nimis superbum gladium, apte et ornate de crudeli summi imperii exercitio. Seoige τοῖσε πάρος ad Saturnum ac Titanas pertinet. Toirs wages, qui olim regnaverant. Germ. Denn dis traurige Schicksal verhängt Jupiter nach des Eigensinnes Gesetzen, und zeigt den vorigen Göttern die stolze Schärfe seines Schwertes.

406. sq. Sicut Chorus v. 430. sqq. Atlantis fortunam vicinum mare, vicina flumina, vicinum Orcum miserari fingit, ita li. l. vicinas ei loco, ubi Prometieus affixus erat, gentes in societatem ejus dolorum venire affirmat, πρόπασα χώρα haud aliter intelligi potest, quam omnis regio circumjacens. τονότι λίλαχι suspirio et gemitu insomuit, ut \ irgil. Æn. iv. 667. Lamentis gemituque et jemineo ululatu tecta fremunt.

408-410. μεγαλοσχήμονα-τιμάν,

οπρεπή ς ένουσα τὰν σὰν
Ευνομαιμόνων τε τιμὰν,
'Οπόσοι τ' ἔποικον ὰγνᾶς
'Ασίας ἔδος νέμονται,
Μεγαλος όνοισι σοῖσι
Πήμασι συγκάμνουσι θνητοί'
Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι ἐπῳδο
Παρθένοι, μάχαις ἄτρεςοι,
Καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἱ γᾶς
"Εσχατον πόρον ἀμφὶ
Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν,
'Αραδίας τ' ἄρειον ἄνθος,

έπωδός. 415

420

σχήμων ἀτ' ἀρχ. exhibet Ald. μιγαλοσχήμονα τ' ἀρχ. Rob. Turn. κάρχαιοσρεσή recte emendavit Heath. 409. ςίνουσα] ςίνουσι Rob. ςίνουσα rel. Ar. Ox. τὰν σὰν] τῶν σὰν Ald. τῶν σῶν Rob. τὰν σὰν est a Turn. 413. σοῖσι] σοῖς Ald. Rob. Victor. Codd. regg. 416. μάχαις] Ita Schol. Ox. Codd. regg. quod post Brunckium recepinus. μάχης Ald. μάχαν Rob. μάχας Ox. Turn. etc. 418. πόρον] τόπον πόρον Ald. e conglutinatione veræ lectionis et glossæ. τόπον sine πόρον Rob. MS. Viteb. 420. ἄρμον ἄνθος Sic Ar. Codd. regg. Accedit Viteb. În quo cur Zeunius hanc lectionem ἄνθος vitiosam esso pronuntiaverit, non assequor. Est enim hæc locutio Nostro familiaris. cf. loca a Morello et Brunckio laudata, Pers. 59. z50. 921. quibus adde Agam. 205. Alteram autem lectionem ἄνθος, quæ præter Brunckianam ceteras edd. omnes obsedit, glossema τοῦ ἄνθος esse perspicuum est.

antiquam illum et magnificam tuam cognatorumque tuorum reliquorum Titanum dignitatem gemitu et lamentatione prosequens. Evoquaipons nimis anguste exponitur ab iis, qui Atlantem et Menœtium fratres Promethei, aut Atlantem et Typhoëum intelligunt. Omnes enim Titanes hoc vocabulo designantur.

411. ἐπόσω τ' Ἰποιπον. Suspicabar aliquando poëtam scripsisse Ἰποιποι; ut deinde v. 415. est Ἰνοιποι. Postea lectionem Ἰποιποι in MS. Guelferb. inveni. Veram tamen vulgatam esse, nunc quiclem opinor. Nam e lectione Ἰποιποι hiatus oritur auribus gravis; et exquisite dicitur Ἰποιποι Τὸος Ἰποίπος, vicina sedes Asiα, pro accolis Asiatis.

413. μεγαλότονα πήματα, calami-

tates gravi gemitu dignæ.

415. Κολχίδος γας ένοικοι παςθίνοι Amazones sunt, qui antequam circa Themiscyram ad fluvium Thermodonta habitarent, Colchidis regionem obtinebant, cf. v. 730. μάχαις ἄτςιἔσχοδο πόρον ἀμφὶ Μαιῶτιν ἔχυσι λίμναν. Hic aperte Chorus significat verum scenæ locum. Sicut enim v. 2. Σκύβης οἶμος dictus erat χθονὸς σηλουρὸς πίδον, sic h. l. Scythæ últimam terrarum oram habitate dicuntur. Et quia

so, bellicosæ, prælia non reformidantes.

417-419. καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἶ γᾶς

simul paludis Mæotidis mentio fit, locum, ubi Prometheum affixum esse fingit Æschylus, haud procul ab ea abfuisse perspicuum est; adeoque si sedem Promethei vincti inter Borysthenem et Hypacarin ad sinum Carcinitem, sic ut Pontum Euxinum prospiceret, fuisse ponimus, locorum situs, quæ hic ab Æschylo commemorantur, aptissing convenit.

rantur, aptissime convenit.
420. 'Αραδίας σ' ἄρισο ἄνθος. Neminem fore arbitror, qui mihi nomen 'Αραδίας hic ab Æschylo scriptum esse perneganti repugnet. Quomodo enim Æschyluni adeo ignarum Geographiæ fuisse credibile sit, ut Arabian inter Mæotin lacum et Caucasum poneret?



Υψίκςημνόν 3' οἱ πόλισμα
Καυκάσου πέλας νέμονται,
Δάϊος ςρατός, ὀξυπεώεοισι βεέμων ἐν αἰχμαῖς.
Μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις μονος. 425
Δαμέντ' ἀκαμαντοδέτοις
Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδόμαν θεών
"Ατλανθ', δς αἰὲν ὑπείροχον σθένος
Κραταιὸν οὐράνιόν τε πόλον

425. ωρόσθεν ἄλλον] ωρόσθεν σου ἄλλων Ald. Etiam Ox. addit σου. Sed glosses debetur. 426. ἀκαμαντοδίτοις] Stanl. conj. ἀδαμαντοδίτοις; sine causa. 427. θεῶν] θεὸν Rob. 428. "Ατλανθ'] Schol. legit "Ατλαν θ'. Ita vero appositio perit, quæ hic ad sensum necessaria est.

aut si hæc ei mens non fuisset, quomodo in recensendis vicinis gentibus a Mæotide palude in Arabiam excurreret, indeque eodem saltu in Caucasum rediret? Ut hic ab Æschylo nominantur Amazones, Scythæ et Caucasi accolæ, sic loco simili ubi Iûs itinera persequitur, Scythas, Chalybas, Caucasum, Amazonas commemorat; ut profecto nihil sit probabilius, quam pro 'AgaCías legendum esse ΧαλυCías. Ex hoc vocabulo ΧαλυCías librarii 'Açacías fecerunt, sive quod scribendi compendium non intelligerent, sive quod oculis ad sequens vocabulum Leuos jam aberrasset aliquis, cum vellet Xalosias scribere; id quod sæpe factum esse scimus; ut adeo primamvocabuli agues syllabam in hoc nomine anticiparet, et pro Xalulias exararet Aealias, quod sibi fortasse notius esset. Chalybes fortissimi erant Scythiæ universæ populi. Et Chalybiam saltem urbis nomen fuisse constat ex schol. ad Apollon. lib. ii. v. 371. ubi in Doeantis campo tria oppida fuisse dicit, Lycastiam, Themiscyram et Chalybiam. Chalybas ultra Harpasum fluvium sitos omnium nationum, per quas iter fecerit, αλκιμωτάτους appellat Xenophon, Exped. Cyr. iv. 7. 10. Notandum vero est, plures ohm fuisse gentes hoc nomine appellatas, easque in aliis atque aliis locis sedem habuisse. (Cf. Hutchinson dissert. Kvys åraldesi præfixa p. 27. ed. opp. Xenoph. a Thiemio repetitæ.) Hos quidem Chalybas, quos v. 721. memoravit Æschylus, post Scythas Nomadas et Hamaxobios septentrionem versus intra Borysthenem et Tanain habitasse, infra demonstrabimus. Et horum nomen loco vocabuli 'Açalias scriptum h. l. fuisse arbitramur. Si quis vero meliorem aliam lectionem forte divinaverit, lubenter ei obsequemur; illud vero nobis persuaderi nunquam patiemur, 'Açalias vocabulum hic genuinum esse. Agus ards, ornate sic dicitur ut 'Ellas arbs, ornate sic dicitur ut 'Ellas arbs, Agam. 205.

421. ὑψίκεημου πόλισμα πίλας Καυκάσου est editum castellum seu oppidum montanum Caucaso vicinum. Quodnam vero illud sit, Æschylus non addit, nec apud Geographos antiquos reperi nomen, cui hæc descriptio ita conveniat, ut alii non æquo jure tribui possit. ὁξύπεωεοι κίχμαὶ, acutæ lanceæ. βείμιν αἰχμαῖς, lanceis horrere; ut ap. Eurip. Phæn. 113. μυρίοις ὅπλοις βεί-

425. sqq. μόνον δη πρόσθιν ἄλλον Θιῶν εἰσιδόμων — Unum tantum alium deorum ferreis laboribus domitum vidi Titama Atlantem. Lectionem ἄλλον ideo præferendam censemus alteri ἄλλον, quam et Schol. κ' in codice suo invenit, quod concinnior est, et relationem ad Prometheum clarius indicat. Significantius enim est μόνον ᾶλλον θιῶν scil. præter Prometheum, quam μόνον ἄλλον θιῶν. ἐκαμαννόδινοι ανόνοι ut supra ἐδαμαννόδινοι χύμαι v. 148.

428-430. Sensus verborum universe quidem facilis est; significatur

430

Νώτοις ὑπος ενάζει·
Βοᾶ δὲ ϖόντιος κλύδων
Ευμπιτνῶν, ς ένει βυθός,
Κελαινός δ' * Αϊδος ὑποδρέμει μυχός
Γᾶς, ϖαγαὶ θ' ἀγνορύτων ϖοταμῶν
Στένουσιν ἄλγος οἰκτζον.
Μή τι χλιδῆ δοκεῖτε μήτ' αὐθαδία

Πς. Μή τι χλιδή δοκείτε μήτ' αὐθαδία Σιγάν με· συννοία δὲ δάπτομαι κέας, Όρων ἐμαυτὸν ὧδε ωροσελούμενον.

430. νώτοις] ὅμοις conj. Stanl. præter necessitatem. ὑποςενάζει] Sic Ar. Ox. codd. Regg. Viteb. item edd. Ald. Turn. unde Brunckius restituit. ὑποζωτάζει Rob. Cant. Stanl. Verum de hoc loco ne sic quidem, ut arbitror, persanato, vide quæ disputavimus in Excursu ad h. v. 432. βυθός] βωθύς Rob. 434. πω-γω] πηγωὶ Ald. Turn. ἀγνορύτων] ἀγνορύτων Ald. Victor. Illud Heathio monente, ut metrum anapæsticum esset, cum Brunckio reposui. 436. μή τι] Sic Ald. Victor. etc. μήται Rob. Brunck. Sed μή τι connexioni verborum apitus est. 438. προσίλοψωνο] Ita scribendum, et proswelumenon pronuntiandum esse docuerunt Dawesius Misc. Crit. sect. iv. et Brunckius ad h. l. " Spiritus enim, quem nunc asperum vocamus, olim littera fuit, quam non superne, sed intra versum in ceterarum serie scribere solebant. Sive autem illius litteræ forma fuerit eadem quæ ε longi, sive μ, seu digamma Æolicum, quod diversimode pro variis temporibus formatum fuit, illud constat, aspirationem apud versimode pro variis temporibus formatum fuit, illud constat, aspirationem apud versimode pro variis temporibus formatum fuit, illud constat, aspirationem apud versimode pro variis temporibus formatum fuit, illud constat, aspirationem apud versimode pro variis temporibus formatum fuit, illud constat, aspirationem apud versiments.

enim Atlantem sub ingenti onere cœli ingemiscere; at in singulis verbis difficultas inest, quam, quia paulo longioris disputationis eget, in Excursu ad b. l. expedire conabimur.

431. sq. βοῦ δὶ πόντις πλύδων. Fluctus marinos quasi misericordia Atlantis tangi fingit, quia Atlas haud procul a mari in Mauretania stare ferebatur. Εμματικών βοῦ vertit Stanl. collisus mugit. Sed exquisitius dictum arbitror, aut ut doloris societas, aut ut loci vicinia notetur. Nempe ξυματικών βοῦ vel est i. q. πιστών ξυματικών και aum Atlante clamat; vel ξυματικών est i. q. propter labens. Postremo haud soio an genuina non sit lectio ξυματικών; certe si ξυματικών legeretur, nulla superesset ambiguitas. τίνιι βυ-θὸς, h. e. infimus terræ et maris fundus, quo præter Orcum et Tartarum nihil inferius est.

433. κελαινός — γᾶς. Constructio verborum hæc est: κελαινός "Αίδος μυχὸς ὁ Φοδρίμει γᾶς, et ater Plutonis recessus sub terra ingemiscit; adeo miserabilis est Atlantis conditio, ut immisericordem quoque Plutonem ejus misercat: Ψαγαὶ ἀγνορύτων Ψοταμῶν,

fontes fluminum, periphrastice pro ipsis fluminibus dictum videtur.

436. χλιδή hic ita ponitur ut ap. Latinos delicius facere. Germ. denkt nicht, das ich aus Ziererei oder Eigensinn schweige. συννόμ δὶ δάπτομαι κίας, sed potius cogitabundus cor meum edo. δάπτισθαι κίας ut δν θυμόν κατίδων apud Homerum, Iliad. ζ. 202.

438. δρών— περοτίλύμενον. "Ita legit Etymologici auctor. Περοτίληνοι. περοτίλλινι λίγουσι τὸ διξείξειν, και οἱ 'Λεκά-δες, ἱκτιδα λοιδορησικοί εἰσιν' σύσως ἐκ ὑπομνήματι Περμηθίως δισμών. (Legendum puto ἐν ὑπομνήματι Περμηθίως δισμώναυ. Nempe Etymologicus ineptam derivationem τοῦ περοτίληνος derivavit e Scholiis in Æschyli Promethenm, inter quæ etiamnum occurrit. Ceterum de Arcadibus luna antiquioribus doctissimam habemus Cel. Heynii commentationem.) Hesych. περοτίλιι, περοπηλακίζει. Schol. Aristoph. περοτίλειν, περοπηλακίζει. Schol. MS. ap. Cl. Brunckium, qui περοτίλούμενον reddit δεριξόμενον. Plura de h. v. dabimus in lexico Æschyleo.

Καίτοι θεοΐσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
Τίς ἄλλος, ἢ 'γω, ωαντελως διώρισεν;
'Αλλ' αὐτὰ σιγω. καὶ γὰς εἰδυίαισιν ἀν
'Υμῖν λέγοιμι' τὰν βροτοῖς δὲ ωταίσματα
'Ακούσαθ', ως σφᾶς, νηπίους ὄντας τὸ ωρὶν,
"Εννους ἔθηκα, καὶ φρενων ἐπηδόλους.
Λέξω δὲ, μέμψιν οὖτιν ἀνθρώποις ἔχων,

440

445

teres ita ore et stilo expressam fuisse, ut consonantis litteræ potestatem haberet, quandoque etiam duplicis, ita ut syllaba seu vocalis brevis sequente littera aspirante seu digaiumate produceretur, quod quin hic factum sit dubitandum non est." Hactenus Brunckius V. C. Ceterum hujus rei ignoratio complures lectiones aut conjecturas peperit. **weesλλούμενον Ald. Rob. Victor. **weesλλούμενον Ald. Rob. Victor. μετον Garb. σεροσειλλούμενον Turn. (α σελλός.) σεροσηλούμενον Schol. β'. Steph. Garb. weenhapirer conj. Stanl. clavis affixum (quemadmodum Schol. a. sed alio loco, nempe in paraphrasi v. 438. sqq. weognhumines exponit nhus wiracuiveus, quæ glossa cum pertineat ad vocabulum meornλους, Stanleius eam oculorum aberratione ductus huc traxisse videtur.) wearonnoumsver conj. Pau w. sut quod ei magis placebat προστηλούμενον. Heathius denique aut ωδί γε προσελούμενον, ita quidem violatum, ant δδί γι τος οπλώμινος, ita quidem clavis affixum, reponendum esse censebat. 439. το γω) το Rob. 441. είδυωσου το Abreschius legendum esse suspicatur vel zai yae เอียเลเรา is vel zav yae เอียเลเรา Ev. Sine causa idonea. Non enim quia hæc forma aliquoties apud alios auctores occurrit, ideo etiam hic Æschylo obtrudenda est. Quod autem Scholiasten-a'. sic legisse putat in paraphrasi ad v. 439. sqq. ubi verba Æschyli sic circumscribuntur: ἐν γινωσ κούσαι; γὰς ὑμῖν λίγων σααῦτα πιεισσὸν λίγω, id nimis incertum est, quam ut in eo sit aliquid præsidii quærendum. 442. τὰν] τὰ marg. MS. Morell. τ' ἀν Ald. πταίσματα] πήματα Edd. omnes ante Brunckium; in cujus codd. quidem similiter ut in edd. legebatur whusen. Sed in cod. B. minutissimis litteris scriptum: ωταίσματα, α είχου ωροτού, κατ εἰρώνειαν. Id sic emendat Brunckius: ωταίσματα, κατ' εἰρώνειαν. γρ. ωήματα, ἤγουν α είχου ωροτού οἱ ἀνθρωνού. Jam priorem lectionem πταίσματα non hanc quidem ob causam cum Brunckio præsero, quod Scholiastæ s'. nota digui di sieurinus non possit ad alteram lectionem πήματα referri; (nam cum πήματα damna hic pro bonis humano generi collatis dicantur, utique et hoc ironicum esset.) sed potius ideo præstat σταίσματα, quod verborum contextui aptius est. Cum enim Jupiter nimium hominum amorem Prometheo vitio vertisset, eumque in criminibus, propter quæ tali pæna afficiendus videretur, posuisset, h. l. beneficia hominibus tributa eleganter * rais para dicuntur, sicut in eadem re v. 112. vocabulo apπλαπημάτων usus erat. Heathii vero conjectura τὰν βροτοῖς εὐρήματα depravatio potius quam emendatio est. 444. ἐπηθέλους Ιτα Rob. Victor. etc. ἐπιθέλους Ald. Turn. Garb.

439. Stais τοῖς νίοις τούτοις. Novi dii opponuntur τοῖς πάρος Stοῖς v. 44/4. et Jupiter quidem potissimum, deinde vero etiam ceteri dii ejus asseclæ his verbis castigantur. cf. 983. sq. παντιλῶς, non est universim, sed proreus.

442. rà le secreis wraispara, offensiones in hominibus, non hominum offensiones; ironice enim sic appellat beneficia hominibus tributa, quibus pra, v. 112. appellaverat ἀμπλακήμα]α.
443, 444. ώς σφᾶς—ὶπηδόλους. Quomodo eos insipientes autea mentis et consilii participes reddiderim. Fabulam
enim, quæ Prometheum homines ex
luo craessa perkihet. Fabulan non-

Jupiter offendebatur. Eodem modo su-

silii participes reddiderim. Fabulam enim, quæ Prometheum homines ex luto creasse perhibet, Æschylus non sequitur; sed eum tantum, cum antea animalium ritu viverent, ad rationia usum mortales traduxisse fabulatur.

445. μίμψιν — ἔχων. His verbis

'Αλλ' ὧν δέδωκ' εὖνοιαν ἐξηγούμενος.
Οὶ ϖςῶτα μὲν βλέποντες ἔδλεπον μάτην,
Κλύοντες οὐκ ἤκουον· ἀλλ' ὀνειράτων
'Αλίγκιοι μοςφαῖσι, τὸν μακςὸν χεόνον
'Εφυρον εἰκῆ ϖάντα, κοὖτε ϖλινθυφεῖς
Δόμους ϖροσείλους ἦσαν, οὐ ξυλουργίαν·
Κατώρυχες δ' ἔναιον, ὧς' ἀήσυροι

450

449. ἀλίγχωι] ἀλίγχων Ald. χρόνον] βίον cod. Ar. Viteb. quod est glossems vulgatæ. 450. πλιηθυφιίς] πλιηθυφιίς Rob. 451. προστίλους] προσήλους Ald. Rob. Victor. eodem sensu. Sed illud rarius occurrit, ideoque genuinum esse probabilius est. Quare id auctoribus Dawesio misc. p. 272. et Brunckio ex ed. Turn. Garb. restituinus. ἦσων Ισων edd. omnes ante Brunckium, qui ἦσων (pro ἦδωσων) e codd. A. et B. reposuit. Præiverat tamen Pierson in add. ad p. 174. notar. ad Mærin Attic. 452. బీఞ ἀνίστον βίος ἀκίστος Ald. Rob. Victor. Vulgatam edidit Turn. eamque probant Dawes. et Brunck. Accedit Eustathii auctoritas, ad Odyss. iv. Itaque Pauwii commentum ἀκίσερω, semper τοι ασφετείε habitantes, facile abjicinus.

aperte prodit, se diis tantum, non hominibus irasci, neque ab his ullo modo offensum esse. Quod quiden ut adderet, callide instituit Æschylus, ne spectatoribus vel levissimam causam præberet, cur a Prometheo abalienarentur.

447. βλίποντις Ιόλιπον μάτην, κλύοντις οὐκ ήκουον. Breviter et ornate designat brutam hominum stupiditatem, qui oculis et auribus recte uti nescirent.

448. ἐνιιμάτων ἀλίγκιοι μορφαϊσι non de imbecillitate hominum capio, quemadmodum Pindarus σκιᾶς ἔνας ἀνθρώτους, aut Noster alibi senem imbecillum ἔνας ἡμιρόφωντον dixit, sed potius cum verbis sequentibus arctius copulandum censeo, ut sensus sit: Homines haud secus ac in somniorum imaginibus fieri solet, in quibus vanissima species nulla veritatis ratione habita concursant, et alienissima visa nullo modo inter se apta et connexa consequentur, ita diu omnia temere commiscebant, nihilque cum aliqua præteritorum memoria aut prævisione futurorum agebant.

450. ωληθυφείς δόμους ωροσείλους, lateritias domos soli oppositas. Πρόσειλος οίκία ή ωρός την ίλην στεραμμίνη. Ίλη γας ή τοῦ ήλίου αὐγή ἰξ οῦ ωρότολος, καὶ ωρόσειλος. Ετγιποί. Μ. Πρόσειλος, ωρὸς την είλην ήτοι την θερμασίαν. Suid,

451. nouv. Pro foren, ut nouse pro Buper observante Etymol. M. p. 438. ού ξυλουργίαν. Cum igitur nec laterum, nec lignorum fabricam nossent homines, plane ignari erant architecturæ. Ceterum universe hic observandum est, Æschylum primariarum artium et opificiorum inventionem, quarum singularum gloriam alii aliis tribuerent, uni Prometheo, ut splendidius ejus merita in genus humanum exornaret, tribuisse: v. c. laterarias domos, cum antea specus essent pro domibus, Euryalum et Hyperbium fratres primos Athenis constituisse, fabricam auteni materiariam Dædalum invenisse Plinius testatur. Hist. nat. vii. 56. quem locum Stanl. jam laudavit.

452. κατώροχες δ έναιον. Speluncis abditi et quasi sepulti vivebant, sie wohnten in dunkeln Höhlen vergraben.

452, 453. ως ἐπουροιμύρμηκες. Lectio ἀιίσυροι, etsi ad sensum apta est, quoniam formica, ut Horatii verbis utamur, ore trahit quodcunque potest, metro tamen adversatur, quia penultimam loagam habet. Itaque pæierendum est ἀπουροι, agiles, alacriter discurrentes. Hanc lectionem etiam Eustathius, ad Odyss. p. 174. in codice suo reperit: ἀπὸ τοῦ ἄω, inquit, τὸ πτίω, οῦ μόνου ἀπος ἐπὸ ἀπόμον, κατὰ ἀπουρον κατὰ τὰς παλαιοὺς τὸ καῦροι,

Μύρμηκες, ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις. Ην δ' οὐδεν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμας, Οὖτ' ἀνθεμώδους ήρος, οὖτε καρπίμου Θέρους βέβαιον άλλ' άτερ γνώμης τὸ ωᾶν Επρασσον, ἔς τε δή σφιν άντολας ἐγω Αςρων έδειξα, τάς τε δυσχρίτους δύσεις. Καί μην άριθμον έξοχον σοφισμάτων

455

457. avrolàs] averolàs cod. Viteb. 459. σοφισμάτων] νοσφισμάτων in-quibusdam libris scriptum fuisse notat Schol. a'. e qua quidem lectione quamvis putida et inepta ille tamen sensum aliquem elicere, aut potius extundere conatur. At quis nescit plurimis ex hoc genere hominum tam dura esse ilia, ut vel silices concoquere possint?

39εν και ἀήσυροι μύρμηκες παρά Αίσχύ-λφ. Cl. Brunckius " Formicæ, inquit, apprime convenit epitheton ἀήσυρος, alato ut naturæ peritis notum animalculo." Recte quidem, sed hanc subtilitatem scientiæ in physicis Æschylo tribui nolim, qui nihil aliud nisi celeritatem formicarum, quam oculis usurpare licet, cogitavit. Έντρων ἐν μυχοῖς annline, in speluncarum recessibus sole carentibus.

454. sqq. Av 8' où81 - Bicaiov. Veteres sæpenumero tres tantum anni horas numerare, ver, æstatem et hiemem, autumno quem sub æstate comprehendebant omisso, inter omnes constat. Bifaier rizuae, certus finis; non habebant certa signa, quibus anui tempora definirent. ar Serador, et zagπίμωυ ornato propriorum epithetorum delectu.

456. ἄτις γνώμης, sine consilio et prudentia.

. 457, 458. 15 TE - dúreis. " Cicero Tusc. Quæst. lib. v. Nec vero Atlas sustinere cœlum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi cælestium divina cognitio nomen corum ad errorem fabulæ traduxisset. Servius ad Virgil. eclog. vi. Hic (Prometheus) primus Astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in monte altissimo Caucaso nimia cura et sollicitudine deprehenderat; hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus pene sideribus, unde etiam majora astra demonstrat, et diligenter eorum ortus occasusque significat. Hoc vero inventum Palamedi tribuit Sophocles:

Έφευει δ' द्वरुक्ष μίσεα છે πεειτεοφάς, Τάξεις δε ταύταις, οὐράνιά τε σήμα]α."

459, 460. καὶ μὴν ἀριθμὸν—αὐτοῖς. " Hic cæcutiit interpres Græcus á, et qui eum secutus est, Garbitius, reddens, Præterea etium inveni ipsis eximiam multitudinem artium. De Arithmetica omnino intelligendum, quam artium præstantissimam censebant Pythagorei, inter quos Æschylus locum obtinuit, duplici respectu: οὐ μόνον, ὅτι Ιφαμεν αὐτήν έν τῆ τοῦ τεχνίτου Θεοῦ ठै।कार्शक क्रुर्गिका क्रिया क्रिका केरकारी λόγον τινά κόσμιον καὶ σαραδειγματικόν, προς ον ἀπερειδόμενος ὁ τῶν όλων δημικργος, ώς προς προκίντημά τι (ita novo nomine appellare videtur antecedentes in mente divina priusquam existerent rerum notiones) καὶ ἀρχίτυπον παράδειγμα, τὰ ἐκ τῆς ὕλης ἀποκοσμεῖ, καὶ σοῦ οἰπείου τέλους τυγχάνειν σοιεί άλλὰ καὶ ότι φύσει προγεκτέρα υπάρχουσα (ita legendum) เอง อบงลงเกุยเ และ โลยรที τὰ λοιπὰ, οὐ συνανείρεται δὶ ἐπείνως, Νίcomach. lib. i. aeiSungins sieaywyns. Inter Pythagorea ἀκούσματα recenset Iamblichus τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμός. de vit. Pythag. c. 17. Quod vero ad auctorem Arithmeticæ spectat, sunt qui Minervam eo nomine laudent, Liv. lib. vii. c. 3. eoque Minerue templo dicatam legem, quia numerus a Minerva inventus sit; alii Palamedeni, de quo Plato, n oux inveronnas ere oneir

έριθμὸν τύρων; Sophocles de eodem: Ούτος δ' ἱφεῦρε τεῦχος 'Αργαίο τρατο Σταθμάν τ' ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὐρήματα Κάκειν ἔτευξε.

Έξεῦρον αὐτοῖς, γεαμμάτων τε συνθέσεις, Μνήμην θ' ἀπάντων μουσομήτος' ἐργάνην Κἄβευξα ωρῶτος ἐν βυγοῖσι κνώδαλα Ζεύγλησι δουλεύοντα σάγμασίν θ', ὅπως

460

460, 461. sur Sistis, Mrhant 3' anartur Speciosa est Hemsterhusii emendatio (ad Lucian. tom. i. p. 88.) γεαμμάτων τι σύνθισιν, μνήμης απάντων μ. ε. neque tamen adeo certa aut necessaria, ut Brunckium imitari debeamus, qui eam in textum recepit. Vulgata, quam omnes Codd. et Edd. tuentur, optime explicari potest. Prometheus artem scribendi, pariter atque artem memorie a se inventam et mortalibus traditam esse gloriatur. 461. ieyám) Sic ap. Stob. Edd. omnes ante Brunck. ieyarır. 463. ζιύγλησι] Sic uterque Cod. Reg. a Brunckio collatus. ζεύγλαισι Ald. Rob. Turn. etc. ζεύγλαισι in cod. aliquo repertum probat Steph. σάγμασίν 3'] Edd. omnes et Codd. habent σώμασίν 3', quod quamquam olim servari posse putabam, si cum Schol. «'. ita explicaretur, q. d. δουλείωτα και le ζεύγλαις, και is σώμασι, postea tamen multis rationibus inductus, quas in Commentario ad h. l. exposui, certissime mihi persuasi veram esse lectionem exquaere, quam Pauwius conjectura assecutus est; quamque facillime librarii sive ex scriptura male intellecta, sive ex glossa quadam adjecta, in σώμαση mutare potuerunt. Tan. Faber Ep. 67. reponendum existimabat σήμαση.

Euripides in Phoenissis:

Καὶ γὰς μίτς ἀνθεώποισι, καὶ μίςη ταθμών

Ισότης έταξι, κάριθμος διώρισι.

Et Manilius, lib. iv.

Qui primus numeros rebus, qui nomina summis

Imposuit, certumque modum, propriasque figuras."

Stanlei.

460, γεμμάτων τι συνθίσιις. " Ita Cedrenus, Περικηθιώς γεμματικήν, δε Φαση, Ιξιύειν et Suidas: Περικηθιώς είνει περικηθιώς είνει περικηθιώς το Αμπατικήν Φιλοσοφίαν. Alii ad alios referunt. Plinius, lib. vii. c. 56. Literas semper arbitror Assyrias fuisse, sed alii apud Egyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros τερρετίαs volunt. Euripides ad Palamedem, cujus sub persona ita loquitur:

dem, cujus sub persona ita loquitur: Τὰ τῆς γι λήθης φάςμακ' ἐςθώσας

"Αφωνα καὶ φωνοῦντα συλλαδὰς τιθεὶς, Εξεῦρον ἀνθρώποισε γράμματ' εἰδέναι." Stanloi

461. μτήμητ S' ἀπάντων μουσεμάτος ἐρχάνν, et memoriam omnium artium effectricem, musarum matrem. Non tantum innuit λογισμούς καὶ τὰς τῶν ἐνομάτων Sίσιις, quæ Mnemosynes inventa sunt, (Diod. Sic. lib. v. p. 232. ed. Rhodom) sed omniuo omnes artes ac facultates, quæ sine memoria ne exsistere quidem, nedum perfici po-

tuissent. Mrnun h. l. physice, non mythice ponitur, etsi Mnemosyne dea est Musarum mater; hic vero artem memoriæ intelligit, eamque tantum μουσομήτος ieyárne, non τῶν Μούσων μητίςα appellat, ut significet, se tantum ad illam fabulam de Mnemosyne, Musarum alludere, non autem ea sic, ut poëtæ solent, in rem suam abuti velle. ieyárn, quod epitheton Minervæ est, idem quod in aliis legitur leyáris, opifex, effectrix; leyám vero. quia exquisitius et magis reconditum est, genuinum videtur. Ceterum Pythagoreos artem memoriæ diligenter coluisse notum est. Citat Stanl. Iamblich, de vita Pythag. c. 29. ubi is de Pythagoræ sectatoribus: in whim in μερίτο τη μνήμη γυμνάζου. ούδιν γάς μείζον πρός in σήμην, καὶ iμπιερίαν καὶ φρόνησιν, τοῦ δύνασθαι μνημονεύειν.

462. ຂໍຊ້ຽນຊັດ ພະຍົມຈາງ ໂາ ຽນງອໂຄາ ຂາຜົວ ອີລ.ລ., et primus ego jumenta subjugan, Jugum bobus, mulis et equis imponebatur. Sic Hesiodus, Opp. et Dier, v. 813.

καὶ ἐπὶ ζυγὸι αὐχίνα θιῖνας Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἵπποις ὧκυπόδισσι.

H, l. tamen avadas boves tantum, asinos et mulos designat. Nam de equis deinde seorsim loquitur.

463. ζεύγλησε pertinet ad boves, quibus ad arandum utebantur. σάγμασα Θνητοῖς μεγίςων διάδοχοι μοχθημάτων Γένοινθ': ὑΦ' ἄρματά τ' ἤγαγον Φιληνίους «Ίππους, ἄγαλμα τῆς ὑπεςπλούτου χλιδῆς. Θαλασσόπλαγκτα δ' οὕτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ

465

Sed id aptum non est. Brunckius in textum invexit xivequeuv, quod quidem sansum efficit bonum, et commodum, qualem a Brunckii judicio exspectes; veruntamen plane est arbitrarium; nec ullo modo si Æschylus ita scripsisset, comminisci aliquis possit, qui factum sit, ut pro xivequeuv librarii scripserint vauceuv. 465. virus?] Ita recte ediderunt Morell. et Brunckius (auctore Dawesio misc. cr. p. 272.): virus?, quod in ceteris onnibus legebatur, solœcum est. vo xera e inversor in ceteris onnibus legebatur, solœcum est. vo xera e inversor est. sol ita desideratur conjunctio copulativa, vo xera e conj. Steph. Sed pluralis concinnior.

sunt clitella, quæ asinis aut mulis imponi solebant. Hic itaque de duplici genere jumentorum sermo est, quorum alterum laborem hominum onera subvectando, alterum arando juvaret, ut ait Columella pra fat. lib. 6. Atque ut ζιύχλαι (das Geschirr) ad boum, sic σάγματα ad asinorum mulorumque corpora referuntur. Utrisque autem bene dicuntur δουλεύειν. Quemadmodum infra τη πέτες λατειύειν significat, sic ad petram alligatum esse, ut sponte tua te liberare non possis, sic boves jugis, asini clitellis serviunt, quia iis se submittere vel inviti co-guntur. Lectionem vero εάγμασιν facile librarii in vulgarem σώμασιν immutare potuerunt; quam si quis de-fendere in animum inducat, non alia ratione id fieri potest, quam ut dativos ζεύγληση et σώμαση non a verbo δομλεύτη, sed ab omissa præpositione que regi, adeoque ablativorum latinorum loco positos esse dicat; qua quidem ratione σώμασι δουλιών ita fere diceretur, ut Plinius camelos ait ministeriis derso fungi. Veruntamen sie parum apte jungerentur ζεύyanas et espaces, cum prius nec opponi posteriori, nec cum illo componi commode possit. Juga enim nihil prodessent, nisi corpora jumentorum, quibus impountity, valles atque robusta essent.

463—465. Tros—yívord. Ut hominihus in maximis laboribus vicariam operan prastarest. Similiter Æschylus in fragmenta Promethei soluti jumenta toriduda nai wiran irdixroga appellat.

465. sq. iφ αξματα-χλιδης. Equos

illo tempore tantum ad belli et certaminum equestrium usum adhibites, eosque alere valde pretiosum fuisse meminem fugit. Itaque hic equi dicuntur prædivitis huxuriæ ornamentum, "Quod vero sibi arrogat Prometheus, alii aliis tribuunt. Plinius, Hist. nat, vii. 56. Vehiculum cum quatur rotis Phryges. Et postea: Bigas primum junait Phrygum natio, quadrigas Erichthonius. Virgil. Georg. iii. 113. Primus Erichthonius currus et quaturo ausus jungere equos. Euseb. num. 543. Erichthonius primum quadrigam junait in Græcia, erat quippe apud alias nationes. Et num. 447. Trochilus primus fertur junaise quadrigam. Tertullianus posteriori favet." Stanl.

467. sq. θαλασσόπλαγετα-δχήμε-Velivola autem nautarum vehicula maribus inerrantia nemo ante me invenit, "Apposite Cassiodorus, lib. v. var. Epist. 17. Vela alas navium facientia linum volatile, quidam spiritus currentium carinarum, prænuntia mercium, auxilia quieta nantarum, quorum beneficio conficiunt otiosi, quod a pluribus avibus vix probatur impleri. Nostrum secutus Ennius naves velivolas dixit, et Virgil. nelorum pandimus alas. ναυτίλων οχήματα ex Homero adumbratum : Nทฉัง ฉันบสอ์อุญง ฉังเงินโรยรอ, สรี 🥩 άλὸς ἴπποι 'Ανδράσι γίγνονται. Ita Cicero Argo appellavit novum vehiculum Argonautqrum, (de naț. deor. lib. iii.) et Catullus de eadem: Ipsa levi fecit volitantem flamine currum. Stanl. Universo autem huic loco illustrando optime inserviunt Moschionis versus, (Ap. Stobæum. Ecl. phys. p. 145. edit. Grot.) quos ut comparare celerius pos-

Λινόπτες' εύρε ναυτίλων όχήματα.

468. 1001] 1001 Ald. Rob.

sint Æschyli lectores, hic subjungi-

Πρώτον δ' ἄνειμι καὶ διαπτύξω λόγφ *Αρχήν βροτείου καὶ κατάσασιν βίου. "Hy yae mor' alw มะเงอะ, คึ้ง, อัสทร์เนล Θηρούν διαίτως είχον εμφερείς βροτοί, 'Ορειγενή σπήλαια, και δυσηλίους Φάραγγας ενναίοντες. 'Οὐδέπω γὰς ἦν Ours stynens olzes, ours Laivers Εὐρεία συργοις ώχυρωμένη σόλις. Οὐ μην ἀρότροις ἀγχύλοις ἐτέμνετο Μέλαινα παράδ βῶλος ὀμανίου τροφός. Où leyarns olongos suitaridos Θάλλοντας οΐνης δεχάτους ἐτημέλει. *Αλλ' ην ἀπύμων πούδὶν ἐπφύουσα γῆ· Βοραί δε σαρκοδρώτες άλληλοκτόνους Παρύχου αύτοις δαϊτας, ην δ' ό μέν νόμιος

Inter officia Promethei erga Jovem præter consilia ei in bello adversus Titanas data, et vaticinium de periculo ex Thetidis nuptiis, memoratur etiam hoc, quod Jovis caput, Pallade gravidum, securi percusserit, ut illa exsilire posset, quod alii Vulcano tribuebant b.

Irarum Jovis in Prometheum causæ fuerunt, fraus Promethei in carnium partitione, nimia in homines beneficia, ignis furtum .

De pœna ejus, præter Æschylum, qui primum eum in Scythico deserto affixum, deinde sub terram dejectum, post iterum in lucem protractum atque ad Causasum alligatum fuisse scripsit, reliqui omnes eum in Caucaso vinctum perhibent.

"Observandum vero, duos ab historicis Caucasos memorari, quorum alter

* Metam. i. 78. sqq.

* Carm. i. 16. 13. ubi conf. Acron. Alludunt ad hanc fabulam Juvenal. xiv. 35. Phædr. fab. iv. 4. Claudian. Consul. Honor. 232.

Apollodor. lib. i. p. 9.

c Cf. præter Æschylum nostrum Hesiod, ii. supra cc. Apollodor. lib. i. p. 19. Hygin. l. c. et fab. 144. Serv. ad Virgil. Eclog. vi. 42. Lucian. in Prometh. qui et hominum creationem inter ejus crimina recensentem inducit Mercurium.

d Inter quos, præter eos quos jam laudavimus, Apollonius Rhod. Argonaut. lib. ii. v. 1247. sqq. Valer. Flacc. Argon. v. 155. sqq. Colchicus sit, alter Indicus, et utrique fabulam hanc de Prometheo assignari, At quod de Indico narratur, omnino commentum est, ab assentatoribus Alexandri certissime confictum. Nam Macedones montem eum, quem Alexander cum exercitu superavit, Caucasum nominarunt, απις οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπά. ρωσδο τι και 'Ημωδον, και "Ιμαον και άλλα δνομάζουσι, Manidons δι Καύκασον, Strabo lib. xv. Qui Alexandrum inter Deos referre cupiebant, omnia de Bacsho et Hercule ad eum transferebant; quinetiam locum ipsum ostendebant, quo Prometheus vinctus sit. Strab. lib. xv. Bereig erfilmer ir reig Haperane peradaus iseor roure bridelkarre Mesundius dispurieur. Arrian. lib. v. aralas. Onfoicus des eours un fam fir eou Mespundius es urest, l'en ididere und à derde, des Inefor iquira, dauréperses var our day xvar ved Mespundias. na) é 'Heandus du incire Αφιμόμενος, τόν τε άετὸν ἀπίκτεινε καὶ τὸν Προμηθία τῶν δισμῶν ἀπίλυσε. Hoc itaque omnino rejiciendum, utpote a fœda et imperita assentatione profectum, quod optime Strabo observavit lib. xi. π δόξα τοῦ ἔρους καὶ τοῦγομα, καὶ τὸ τὸν Mogambia magadiórbas didipáres de rois loxáres rãs yãs de roj Kaunáre, xageuσΩαί τι τῷ βασιλεῖ ὑπίλαδον, τοθνομα τοῦ ἔρους μετενίγκαντες εἰς τὰν 'Ινδικάν." Stanl.

Allegorieze fabulæ Promethei interpretationes multæ fuere. Vid. Plotin, Ennead. 4. lib, iii. c. 14. Suidas in Heam Seos. Eudociæ Invid in cap. de Prometheo.

Pausanias • apud Panopenses in ipsa via e crudo laterculo signum vidit e lapide Pentelico, quidam Æsculapium, alii Prometheum esse dicebant. Ejus rei testimonia se habere putabant, quod ad præruptas torrentis ripas saxa jacebant ea magnitudine, ut singula plaustrum onerare possent. Color illis non terreni, sed qualis in sabulo rivorum et torrentium cernitur. Odorem etiam humani prope corporis incolarum opinione referebant; reliquias eas esse ajebant luti illius, e quo genus humanum Prometheus finxerit.

Tabula, in qua Prometheus vinctus cum Hercule mox eum liberaturo pictus erat, luculenter describitur apud Achillem Tatium f. Verum hæc hactenus, Longius enim jam fortasse, quam tempus aut locus postulabat, excurrimus,

EXCURSUS II.

Ad v. 425, sqq. De Atlante.

V. 425—435. ubi de Atlante cœlum sustinente loquitur Chorus, ita vertit Stanleius: Alium quidem solum deorum antea in laboribus, domitum adamantinis corruptelis, Titanem vidi Atlantem, qui semper supereminens robur, firmum et cælestem polum humeris ingemiscens sustinet, mugit vero marinus fluctus collisus, suspirat, funsus, et ater orci secessus fremit subtus terram fontesque fiuviorum limpidorum depla-

[•] Lib. x. cap. 4. p. 806. ed. Kühn. lib. iii. c. 8.

De Clitoph, et Leucipp, amorr.

rant dolorem miserabilem. Hoc loco difficultas oritur ex his qui sequuntur veralculis:

> "Απλανθ' δς αίζι ὑπείροχον σθένος Κραπαιὰν οὐράνιόν τε πόλον Νώτοις ὑποτενάζει.

In ultimo quidem versu faciliorem lectionem Robortellus edidit duolacatu, At survices, quod Aldus et Turnebus ediderunt, et Stanleius in notis probavit, et nuper e codd. Regg. Brunckius restituit, non solum quia exquisitius ac difficilius est, lectioni ἐποδατάζω, quam e glossa ortam esse ipsa ejus facilitas prodit, anteferri debet; sed etiam, quod imago Atlantis sub onere ingemiscentis optima convenit sequentibus, ubi mare et orcus et flumina cum Atlante gemere et suspirare dicuntur. Quamquam vero lectionem brossváču genuinam esse, dubitari non potest, tamen id verbum difficilem habet cum reliquis quæ antecedunt juncturam. Si enim Æchylus dixisset νώτοις τὸν οὐρώνιον πόλον ὑποςενάζειν pro κώτως ล้าร์ทูงเรต อัสจรางส์ในท, quid hac ellipsi durius fingi aut cogitari posset? aut si งด์รณร cum varesváču construxisset, quid ineptius? Itaque hoc incommodum ut sublevetur, primum hac ratione fieri posse existimavimus, ut pro nearmin legatur participium zearaier, (vel, si mavis, zearurer) inter vocabula vero refres et irre-Carálu excidisse statuatur aliud participium, quod ferendi, sustinendi, aut baju. landi notionem denotet, ut oigur, igilar, arixur, aut simile. Versibus autem ita constitutis:

Hic sensus exit, non magis facilis et expeditus, quam exquisitus et poëticus: Atlantem vidi—qui identidem prepotens robur, eximias corporis vires, firmans h. e. intendens, cælique polum dorso sustinens subtus ingemiscit; vel, ut idem vernaculo sermone reddamus: Ich sah—den Atlas, der seine überschwengliche Stärke immer von nevem anstrengend, und den Himmel auf seinem Rücken tragend, unter seiner Last erseufset. Sic variezzer «Siros non de cæli mole, sed de viribus Atlantis aptissime ponitur, utpote quæ tanto oneri ferendo non pares tantum, sed etiam superiores esse debebant. Ingentes autem corporis vires in Atlante alii quoque poëtæ celebrant, v. c. Ovidius, cui ille hominum cunctos ingenti corpore præstæns dicitur s. Quis enim par esset Atlanti viribus h? Si igitur scripsit Æschylus, ein variezzer «Siros nearais», ostendere nobis voluit Atlantem sub tanto onere, ne ei succumberet, identidem totis viribus connitentem, eumque cum ingenti cæli

* Metanı. iv. 630.

b Ibid. iv. 652.

mole quasi luctantem finxit. Quæ quidem imago Pindaro obversata est 1, ubl de Demophilo dicitur, καΐνος "Ατλας οὐρανῷ προσπαλαία, camque lectionem sarpienter Heynius adversus Pauwii ineptam corrigendi libidinem defendit. Talem vero et hoc loco Atlantem describi utile erat, et ad miserationem excitandam appositum. Κραταιοῦν οθένος, firmare robur, quin idem significare possit, ac intendere vires, totis viribus conniti, mihi quidem dubium non est. Ut autem apud Homerum τῶν δὶ σθένος δρυνται αίλν ἐ idem est ac horum robur perpetuo s. identidem augescit, sic h. l. Atlas αἰν ὑπείροχον σθένος κραταιῶν recte dicitur identidem seu perpetuo vires eximias intendens, ne molesto cœli onere plane opprimatur. Quod autem Stanleius lectionem νώτοις sollicitavit, existimans ῶμοις, quod etiam versione expressit, reponendum esse, id qua causa adductus fecerit, non assequimur. Nimirum Æschylus (coll. v. 347.) humeris ac dorso Atlantem cœlum sustinere imaginatus est. Certe sic variant poètæ in gestu Atlantis der scribendo, ut alii capite, alii humeris, alii dorso cœlum ab eo fulciri tradant, Et Homerus quidem simpliciter nulla parte corporis nominata l:

"Εχει δέ τε κίσνας αὐτὸς Μακρὰς αἱ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουαμ

Hesiodus capite et manibus Theog. 517.

*Ατλας δς ούρανδι Ίχιι πρατιρής δα' ἀνάγπης Πιίρασιι δι γαίης, αρόαπρ Έσαιρίδων λιγυφώνων Έσηὼς, πιφαλή τι καὶ ἀπαμάτοισι χίρισης.

Euripidi vero dicitur ::

*Ατλας ὁ χαλκίωσι νώτως οὐρανὸν Θεῶν παλαιὸν οἶκον ἐκτρίζων.

Sic etiam ignotus auctor versiculorum, quos in ced. Viteb. Scholiastes ad huns Æschyli, quem tractamus, locum laudavit, quique, sed aliquot locis emendatiores, leguntur in Eudociæ 'Ismë nuper a V. Cl. d'Ansse de Villoison primuma edita :

Μύθος παλαιός, ώς "Ατλας νώτως φίρω
Τὸν οὐρανὸν κάτωθεν ἐκ γῆς ἀνίχων
Σὰ γοῦν ἀκούων γνῶθι τοῦτ' ἀλληγόρως,
"Όρος γὰς "Ατλας Λιθύης ἐν ἐσχάτοις
Οὖ τὴν κορυφὴν ἐκ νιφῶν κικευμμένην
Εἴναι δοκοῦσιν οὐρανοῖς συνημμένην.

Pyth. iv. 515.

Li. λ'. 826.

¹ Od. a. 53.

F Ion. v. 1, 2,P. 16, 17.

"Εντίθεν οὖν "Ελλησιν ή μυθευργία "Ατλαντα νότοις εἰσαεὶ φόλον φέριν.

Apollodorus humeris Atlantis cœlum imponit: "Araes & Izu rois eques ed elegation. Idem narrat Hyginus fab. 150. Virgilio Atlas axem stellis ardentibus aptum humero torquere P et ætherios orbes humero sustinere dicitur q. Quod vero inter vocabulum vérois et ûrosiváçu participium aliquod excidisse suspicati sumus, quod fulciendi seu sustinendi notionem involveret, id ejusmodi est, ut, cum plura hujus generis verba sint, ecquod eorum scripserit Æschylus, absque codicum testimonio certo definire nequeamus. Quantum ex iis, quæ modo excitavimus, scriptorum locis patet, usurpatæ sunt in hac re locutiones ouenio Izun, évizun, pieno, legidin, lexescur. Si lesidor inseramus, versus erit asynartetus ex duabus penthemimeribus Iambicis; idque participium adhibuit Noster loco sir millimo v. 347. Fieri etiam potest ut sic scripserit Æschylus:

Νώτοισιν ὑποξαγάζων σενάζει,

eodem metro, et verborum structura, quæ utrinsque lectionis codicum ἐποτεικέζει et ἐποδωτάζει origini explicandæ optime inservit. Nam quod Stanleius existimat, verbum βωτάζει non significare dorso aliquid bajulare, sed ulnis gerere, id falsum est, eumque vel unus Aristotelis locus, jam a Stephano in Thes. L. Gr. adductus, ubi dixit γίφοντας ἐπ΄ ἔμων βωτάζει, meliora docere poterat. Hacte, nus de prima, quæ nobis in mentem venit, h. l. emendandi ratione. De altera nunc breviter dicemus. Fortasse enim ita corrigendum;

"Ατλανθ' δε αΐαν, δικυρίχων σθένος Κραταιόν, οδράνιόν τι πόλον Νώτοις δριίδων δικοκινάζει.

Atlantem vidi, qui valido robore præstans terram et cælum dorso sustinens ingemiscit. Utra vero harum emendationum præferenda sit, alii videant. Prioris vero si rationem habeas; εδράπου πόλου significabit vel æxem cæli, vel periphrastice cæli ver; sicem h. e. ipsum cælum. Posterior illa si cui magis placeat, is αἷαν εδράπου το πόλου simpliciter pro γῶν καὶ εδραπούν positum esse existimet licebit. Mihi tamen, utramvis rationem sequamur, verisimilius est εδράπου πόλου h. l. cœlum ipsum, non cœli axem denotare. Si enim comparetur locus simillimus, Prometh. v. 347, ubi de Atlante dicebatur:

τες δε τές τους σόσους Ετηκε κιός οὐςανοῦ σε καὶ χθονὸς ™Ωμοις ἐξείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον,

clarum est, ut opinor, Æschylum ita sibi animo informasse Atlantem, ut montem

• Bibl. lib. i.

₹ Æn. iv. 482: vi. 797.

¶ Ibid. vii. 136,

tognominem, Atlantem scilicet in Mauretania, humeris sustineret, quo quidem monte cœlum tanquam columna fulciretur. Sic mons Atlas xiar signatural y nis dicatur, quia cœlum et terram distinet, prohibetque ne cœlum in terram ruat; eadem fere metaphora, qua Pindarus Ætnam xiara signatur nominavit. Idcirco convenientius est h. l. signatur róhar de ipso cœlo, quam de cœli axe interpretari; aliter in eadem tragœdia diversam ejusdem rei imaginem secutus esset poëta, et primo quidem loco Atlantem cœli columnam sustinere, altero autem cœli exem torquere dixisset: quæ quidem rationes in eadem tragœdia, præsertim paucis versibus interjectis, male discreparent. Accedit quod phantasia de Atlante cœli columnam h. e. montem Atlantem humeris sustinente Æschyli ætate et stilo dignior sit, ut quæ propius ad sensum et opinionem accedat; altera vero ratio de Atlante axem cœli torquente, ut doctior, ita recentior est, nec tam e sensibili rei specie, quam ex Astronomorum doctrina fluxit.

EXCURSUS III.

De ignis inventione Prometheo tributa .

Ignem in ferula a Prometheo surreptum esse, ante Æschylum jam Hesiodus auctor est †:

τὸ μὰν αδθις ὶὖς παῖς Ἰασίτοιο "Επλιψ' ἀνθρώποισι Διὸς παρὰ μητιόιντος Ἐν ποίλφ νάςθηπι.

Is autem ignem antea quidem jam mortalibus notum, post a Jove iis subtractum et absconditum, denique a Prometheo iterum iis redditum esse refert. In quo ab ejus vestigiis recessit Æschylus; quippe qui ignis primum hominibus tributi honorem Prometheo diserte tribuit. Eandem fabulam narrant aut sequentur Apollodorus, Lucianus, Hyginus, Diodorus Siculus, Attius, Horatius, multique alii. Ferula s. rás 9ng fruticis genus, in Apulia et Ægypto crescens; in Ægypto quidem olim præcellere ferebatur . Ejus figuram delineatam præbent Matthias de Lobel in historia stirpium v et Matthiolus in epitome de plantis v. quas jam ill. Michaëlis I. c. laudavit. cf. lexic Æschyl. v. vas9nnon'anewros. Varie autem Promethea ignis inventio ab antiquis scriptoribus explicatur. Diodorus Siculus eum igniariorum repertorem fuisse existimat. Plinius autem, cum ignem e silice monstravisset Pyrodes Cilicis filius, Prometheum eundem in ferula asservari docuisse tradit. Alii ut Theophrastus z ad philosophiæ doctrinam traxerunt. Argivos etiam totam ignis inventionem Prometheo abjudicasse, Phoroneoque tribuisse, e Pausania constat.

Pyth. i. 36.

De ignis inventione generatim more suo h. e. subtiliter et eleganter disputavit Ill. Michaelis, in Vermischten Schriften 3. Stück p. 72.

^{*} Opp. et Dier. v. 52.

Plin. xiii. 43.

v p. 450.

^{*} p. 549.

⁼ vid. Eudocim'lond cap. reel Heparties.

EXCURSUS IV.

Ad a 680. - 855. De Iús erroribus.

În exponendis ad Æschyli descriptionem lûs erroribus præcipue elaborarunt Pauwius, Heathius, et anonymus tragædiarum Æschyli interpres Gallus, in appeadice de lûs erroribus versioni subjecta. Sed nondum omnia recte expediverunt, ut operæ pretium facturus mihi videar, si telam ab aliis textam denuo retexam.

Ac primum quidem cum omnibus nobis convenit, secundum Æschyli opinionem Io patria urbe exsulem, primum ad vicum Cenchreæ et colles Lernæ imminentes pervenisse, deinde per Molossorum regionem ad Dodonam profectam esse b. Hæc enim ita claris verbis testatur poeta, ut ambiguitas inesse non possit.

Cum vero his verbis:

'Εντιύθεν οἰσρήσασα την παραπτίαν Κίλευθον ήζας πρὸς μίγαν πόλπον 'Ρίας

Ío littus legisse et ad magnum Rheze sinum pervenisse dicitur, in hac parte itineris definienda dissentiunt interpretes. Pauwius enim putabat, Æschylum de trajectione maris Ionici locutum esse; ideoque sequentem versum

જેφ' οὖ παλιμπλάγκτοισι χειμάζη δζόμοις

sic refingebat

έφ ου γ' άλιπλάγκτοισι χειμάζη δρόμοις.

In quo, quantum video, Inachi filiam in mare Ionium desiliisse, indeque per Siculum in Ægæum mare tranasse putabat, donec tandem alicubi appelleret, ac terresti itinere ad Prometheum perveniret. Et huic quidem Pauwii commento Heathius calculum adjicere nullus dubitavit, nisi quod unum tantum sibi scrupulum restare fatetur. Post mare nimirum Ionium trajectum longissimum adhuc Ioi terrestre iter conficiendum fuisse, priusquam ad Prometheum accedere potuisset; et si de maris trajectione locutus esset poëta, eum non χειμάζη, sed ixunde Ing scripturum fuisse. Enim vero tota hec Panwii ratio facile convincitur. Quid enim eum movere poterat, ut crederet Æschylum erranti virgini non terrestre solum iter, sed etiam cursum maritimum tribuisse, antequam ad Prometheum veniret? Scilicet nihil aliud hominem fefellit, quam quod alii scriptores mare Ionium ab Iûs trajectione nominatum esse perhibeant. At enim vero nihil hoc ad Æschylum pertinet. Ferendum enim non est, diversas diversorum poëtarum fabulas inter se commisceri, et quæ recentiores forte adjecerint, aut mutaverint, ea vetustioribus quoque poètis, quamvis invitis, obtrudi. Hoc igitur positum nobis sit inprimis, trajecti ab Inachi filia maris in his Æs-

⁷ Tragédies d'Eschyle, à Paris 1770. graphiques sur les Courses d' Io, p. 509,

Eclaircissements historiques et geen v. 835. sq

schyli verbis nullum plane vestigium esse. Nihil aliud enim significatur, quam earn terrestri cursu maris oram Thy magantian legisse, deinde ad sinum Rheæ pervenisse. Neque vero Apollodorus ab hac locorum notatione discedit. Is enim Inachida, postquam cestro a Junone concitata esset, sis vòn dar' tusivas 'Ióνιον πόλπον πληθέντα venisse narrat. Verba είς τον πόλπον haud aliter accipio, ac Æschyli illa τεὸς μίγαν κόλπον Ρέας. Neutra harum phrasium significat Io in ipsum maris sinum se dejecisse, sed tantum u s Q u E A D eum penetrasse. Verum hic nova oritur quæstio, quinam sit ille sinus, quem Æschylus zódator Pías nominet. Francogallus interpres intelligi voluit sinum Ambracium (maintenant le golfe de Larta) non multum a Molossorum regione remotum. In quo tamen assentiri ei non possum. Strabo enim diserte Ambracium sinum ab Ionio distinguit, et hunc quidem suo tempore partem Adriatici maris fuisse testatur. Æschyli autem ætate mare Adriaticum universum Ionii appellatione insignitum fuisse statuimus, quod labente tempore tandem in parte ejus hæserit. Ideoque μέγαν κόλπον 'Pias vel universum mare Ionium i. g. nunc Adriaticum, vel tantum intimum ejus recessum circa Venetos et Aquileiam significari crediderim. Cum igitur huc Io venisset, non ipsum mare ingressa est, sed potius σαλιμπλάyzroses deóposes, retrovago cursu, terrestri nimirum, non maritimo, ut Pauwius et Gallus interpres existimant, tandem ad Prometheum in Scythiam pervenit, sive quod Æschylus eam, (quæ Apollodori quoque ratio est,) per Illyridem progressam, Hæmum transcendisse ac Bosporo Thracio trajecto in Scythiam pervenisses upposuerit; sive quod eam secundum Istri longitudinem pedem promovisse finxerit donec vel ad Pontum Euxinum veniret, vel Istro alicubi trajecto sic tandem in Scythiæ desertam regionem ad Prometheum evaderet. Cum enim hanc itineris partem Æschylus alto silentio presserit, mentem ejus divinare velle supervasuum, et certi aliquid definire justo audacius esset.

Quod autem Rheæ sinus, μίγας κόλατος ab Æschylo dicitur, in eo non magis argutandum est, quam cum Ionii maris insulæ a Virgilio Æn. iii. 211. Insulæ Ionio in magno appellantur, ubi id omnino sic dici, ut mare magnum, terra magnu, recte Heynius admonuit. Cum autem Æschylus hæc adjicit .:

χεόνον τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς σαφῶς ἐπίτασ' Ἰόνιος κικλήσεται τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς,

profecto vis weesias non est interpretandum tuæ trajectionis, sed potius itineris sui, aditus tui; illumque sinum Æschylus, non quod Io eum tranaverit, (quod alii scriptores comminiscuntur) sed quod eum adierit, s. usque ad eum cursu pervenerit, Ionium appellatum fuisse dicit.

Jam Apollodorus, Io, priusquam in Scythiam venisset, Thracium Bosporum, ab ea sic nominatum, trajecisse scribit; sed ab hac narratione discedit Æschylus, nullam saltem ejus mentionem injicit.

Reliqua vero ejus itinera sic persequitur tragicus, ut eorum descriptionem vaticinanti Prometheo tribuat. Is igitur primum Io jubet ad orientem conversam incultas terras pertransire,

πρώτον μέν ένθένδ' ήλίου πρός άντολάς τρέψασα σαυτήν, τειχ' άνηρότους γύας.

Quia Io videbatur sep entrionem versus itura, Prometheus, quem supra ita ad rupem Scythicam alligatura fuisse sumaimus, ut facie versus Occidentem hibernum conversus esset, bene dicere poterat σείψασα σαυτάν, cum eam, ne versus Septentrionem pergeret, sed ad Orientem se converteret, admonebat.

Itaque jam sic pergebat Io, ut a sinistra in Scythas Nomadas incideret, qui Hamaxobii nominabantur, a dextra autem mare haberet. Hanc Æschyli sententiam fuisse clarum est ex his qui sequuntur vérsiculis.

Σπύθας δ' ἀφίζη νομάδας — ως μη πελάζειν. ἀλλ' άλιτόνοις πόδας χρίμπτουσα ραχίασιν ἐκπερῆν χθόνα.

*Paχίαι &λίτοτα, littora montana maris allibu perstrepentia, maris alicujus viciniam designant; ac, nisi Æschylum plane quid dixerit ignorasse statuerimus, necesse est eum sub ἐαχίαις ἀλιτότως intellexisse littora paludis Mæotidis, que utique, si Io versus orientem pergeret, ei a dextra sita erant, quibusque si appropinquabat, effngere licebat Scythas Nomadas, qui longius a palude Mæotide versus Septentrionem recedebant.

Tum vero Ioi ulterius proficiscenti a sinistra occurrebant bellicosi et inhospitales Chalybes. Et hos quidem alios fuisse necesse est, quam qui vulgo memorantur circa fluvium Thermodontem. Nempe jam alibi observavimus, Chalybum nomine complures olim gentes locorum intervallis dissitas nominatas fuisse.
Hi igitur intra Borysthenem et Tanain habitabant, in vicinia Scytharum Hamaxobiorum, ita ut eos a sinistra Io præteriret.

Jam Io ad fluvium quendam Hybristen olim appellatum perventura erat. In hoc enim versiculo,

ที่รู้เเร บริยเรทิง พองานแลง อน ปุ่งบอิลายแลง.

vocem ileurhe non appellativam, sed nomen proprium esse supra ad h. v. docuimus. Nec Araxes, ut Scholiastæ, nec Aragus, ut Gallus interpres opinatur, h. l. intelligi potest. Uterque enim regiones a meridionali parte Caucaso subjectas perlabitur. Æschylum vero de septentrionali Caucasi vicinia loqui perspicuum est. Restat igitur, ut poëtam de Hybriste quodam fluvio, sive verum, sive fictum nomen fuerit, famam accepisse statuamus, qui ex ipsis Caucasi jugis versus septentrionem decurreret; quem quidem Prometheus Inachi filiam prius transire vetat, priusquam ad ejus fontes in ipso Caucaso escenderit. Hic si conjecturis indul-

gere quidquam prodesset, opinari facile possemus, Hybristen fortassis eundem fluvium esse, qui Tanais appelletur. Falso enim olim, Strabone teste , a non-nullis creditum est, Tanain per Caucasum labi versus septeutrionem, inde ad Mæotidem paludem reverti. Veruntamen incertiora hæc sunt, quam ut iis immorari libeat.

Caucasum Io supergressa versus meridiem descendit ad Amazonum sedes, quas, antequam ad Thermodontem fluvium demigrarent, in vicinia Caucasi meridionali habitasse ex h. l. intelligitur. cf. Strab. lib. xi. f

Aperte autem Æschylus a vero locorum situ aberravit, cum Amazonum campum Themiscyram ibi situm esse pronuntiavit,

> τραχεῖα τόντου Σαλμυδησία γνάθος, ἐχθεόξενος ναύτησε, μητεμιά νεῶν.

Etenim Themiscyra in Ponti Euxini meridionali, Salmydessi vero sinus in occidentali littore erat. Salmydessius tractus (alii 'Alpudisse's scribunt) ab insulis Cyaneis usque ad Andriacam pertinebat. Ad loci descriptionem Æschyleam proxime accedunt Scymni Chii s versiculi:

Εἶτ' αἰγιαλός τις 'Αλμυδησσός λιγόμινος 'Εφ' ἱσταπόσια τάδια τιναγώδης ἄγαν Καὶ δυσπρόσορμος άλιμινός τι σαντιλώς Παρατέταται ταῖς ναυσίν ἰχθρότατος τόπος h.

Ceterum etsi in locorum positione falsus est poëta, Salmydessi tamen descriptio eptime cum aliorum auctorum notatione convenit. σεμχών enim dicitur Salmydessi ora, quia, ut Straho ait, erat κίγιαλὸς λιθώδης ι deinde ἰχθείξενες ναύσμες, quia, eodem et Xenophonte auctoribus, infamis erat Thracum ea loca accolentium latrociniis; denique μησεμιά νιῶν, noverca navium, ob carbra naufragia, quia erat sinus importuosus, et propter brevia dorsuosa (Scheeren Germani nautæ appellant) navibus infestus. Ita Xenophon l. l. ἴνθα σῶν εἰς σὸν Πόντον πλεουσῶν νηῶν πολλαὶ ὁπίλλουσι καὶ ἰπτίστουσι. σίναγος γάς ἰςιν ἰσισολὸ σῆς θαλάσσης.

Amazonum sedibus relictis Io ab iis deducta est per regionem Bosporanorum; deinde accessit ad fretum Bospori Cimmerii.

'Ισθμὸν δ' ἐπ' αὐταῖς στιοπόροις λίμιπς πύλαις Κιμμέριον ήξεις, δι θρασυσπλάγχνως σὲ χρὴ Λιποῦσαν αὐλῶν' ἐππερῆν μαιωτιπόν.

Isthmus hic ab Æschylo memoratus, nisi omnia poëtam miscuisse ac perturbasse

- Lib. ii. p. 107. D. ed. Casaub.
 P. 503, 504. ed. Casaub.
- V. 723. sqq. tom. ii. geogr. minor. ed. Hudson.

De Salmydesso cf. Xenoph. Exp.

Cyr. vii. 5. 8. Anenymi peripl. Pont. Euxin. p. 164. ed. Gronov. Arriani peripl. Pont. Euxin. p. 136. ed. Blancard. et Strab. lib. vii. p. 319. C. ed. Casaub.



singamus, is esse nullo modo potest, qui Chersonesum Tauricam cum continense jungebat, quemque propter similitudinem Strabo cum Corinthiaco comparat; sed potius h. l. intelligenda est, ut Melæ verbis utamur, obliqua illa regio et in latum modice patens, quæ inter Pontum Euxinum et paludem Mæoticam excurrit; ubi olim erant urbes Hermonassa, Cepoe, Phanagoria, et in ipso ore Cimmerium. Hanc igitur oram Io relinquens forti animo jubetur tranare Bosporum, qui ab ejus transitu sic dicendus esset, Cimmerium. Bosporo autem trajecto, (quem quia per eum introitus erat in paludem Mæoticam, σιοσόφους λίμνης σύλας, et αὐλῶνα Μαιωσίαλο Æschylus appellat) Io pervenit in Chersonesum Tauricam; quod etsi Æschylus diserte non indicat, ex ipso contextu tamen colligitur; et quodammodo ab Apollodoro confirmatur, qui Io etiam in Κιμμειερίδα γῆν venisse narrat. Κιμμειερίς γῆ vero est Chersonesus Taurica, in qua Cimmerios quoque olim habitasse notum est.

E Chersoneso Taurica, quoniam Prometheus Ioi denuntiat, eam relicta Europa in continentem Asiæ venturam esse, Io trajecto ponto Euxino in Thraciam, e Thracia vero per Bosporum Thracium in Asiam venerit necesse est. Quod quamquam hoc loco disertis verbis non significatur, certo tamen e versu 796. intelligitur. Ibi enim proper, quod dicitur arrigen eges, nihil aliud esse potest, quam Bosporus Thracius, qui continentem Europæam ab Asiatica sejungit.

Heathius longe aliam et contrariam prorsus viam ac rationem ingressus est, cum verba illa v. 731. sqq. Για τραχεία Πόντου Σαλμυδησία γιάθος non ad proxime præcedentia α? Θεμίσκυράν ποτε κατοικεύσεν ἀμφὶ Θερμώδουθ, sed potius ad verbum τζη v. 730. trahenda esse existimat. Verum hoc fieri nullo modo potest. Si enim Io superato Caucaso ad Salmydessum in Thracia profecta esset, (ubi Amazonibus poëtam nostrum illo tempore sedem designasse Heathius opinatur) alio itinere nisi Ponto Euxino trajecto in Thraciam pervenire non potuisset. Jam de hac trajectione postea demum loquitur; ut alia hujus explicationis incommoda trajeamus.

A versu 797.

æρος άντολας φλογωπας ήλιος ιδείς

nostra quidem opinione non unum, sed complures versiculos excidisse, supra jam professi sumus; quibus Æschylus errores Iûs per Asiam persecutus sit. Nam Apollodorus quoque Inachi filiam, postquam Scythiam et Cimmeriam terram peragraverit, per continentes multum errasse, multaque Europæ et Asiam maria, antequam in Ægyptum venerit, tranasse scribit. Incredibile igitur est, Æschylum Iûs transitum in Asiam subito cum Africanis itineribus conjunxisse. Atque cum ipsa constructionis ratio lacunam post v. 797. satis prodat, facile conjicitur decem ant plures versiculos intercidisse. Fortasse Æschylus vagam Inachida usque in Indiam excurrisse docuerat, indeque regressam per Arabiam felicem tandem superato sinu Arabico in Æthiopiam perduxerat. Quicquid sit, hoc saltem certum est, verba illa

τρος Γοργόνεια πεδία Κισθήνης etc.

jam ad Africam pertinere, oraniaque que sequantur monstra et miracula, quibus ut Io in majorem terrorem atque admirationem raperetur, usus est, a poëta in Africa poni. Gorgones in extrema Africa circa Atlantem habitasse Servius prodidit ad Virgil. Æn. vi. 289. In Africa quoque ponit Diodorus Siculus lib. iii. i Cf. etiam Palæphatum de Phorcidibus; incredib. hist. c. 32. In Africam poëta noster grypes quoque et Arimaspos transtulit, quos vulgo in Scythia sedem habuisse memorant. cf. Herodot. iv. 13. Ac in fabula de Arimaspis forsan secutus est Aristeam Proconnesium in Arimaspeis, cui quoque auctori fabulosum illum fluvium Plutonem, auri micas ferentem, deberi credibile est.

Reliqua Iús itinera nihil fere difficultatis habent. ποταμός Aίδίο ψ Niger s. Nigris est, cujus ripas Io secutura tandemque ad Byblinos montes, ubi Nili erat catarrhacta, perventura erat. Byblini montes dicuntur, quia ibi papyri, βίδλου seu βύδλου, magnus erat proventus. Καταδασμός non est Καταδαθμός ille nomine proprio sic dictus in Ægypti et Cyrenaicæ finibus, nec ipsum Nili catarrhactam sic vocari crediderim; sed nihil aliud h. v. significari puto, quam κατάδασιο κίλουθου, viam s. locum excelsum, unde in planitiem descensus est. Jam Ioi Nili cursum secuturæ, tandem in regionem τρίγωνου Νοιλώσου, quæ vulgari nomine Delta appellabatur, iter decretum erat, ubi cum ad urbem Canobum pervenisset, Jupiter eam pristinæ formæ ac valetudini restituturus erat.

EXCURSUS V.

De tragædiæ Promethei vincti consilio et adornatione.

Cum primum poëta animum ad scribendam hanc tragædiam appulit, id potissimum egisse nebis videtur, ut Atheniensibus acerrimum tyrannidis odium inspiraret, verumque libertatis, qua tum maxime fruebantur, amorem, tanti mali metu in eorum animis excitaret confirmaretque. Quo consilio Jovem deorum novum regem s. tyrannum impotentem finxit, omnia pro arbitrio agentem, jura sibi data negantem, omnia sua majestati arrogantem, inexorabilem, asperum, et in amicos quoque bene de se meritos, propterea quod suspectos omnes habeat, ingratum atque crudelem k.

In Prometheo vero spectatoribus utilissimum hominis vere popularis exemplar proposuit, quem, ut ait Horatius, nec vultus instantis tyranni, nec civium ardor prava jubentium mente solida quatiat; qui propter generis humani caritatem præpotentis tyranni odium suscipere nullus dubitaverit, susceptum autem excelsa animi magnitudine ac robore sustineat. Itaque illius humanitas cum Jovis crudelitate, illius cupiditas cum hujus bene de omnibus merendi studio, illius effrenata ferocia cum hujus moderatione et fortitudine præclare comparatur. Jupiter universum hominum genus exstinguere voluit; Prometheas, om-

i P. 185. ed. Rhodom. sqq. 161. sqq. 184. sqq. 221. sqq. 304. Cf. v. 34. 40. 50. 95. sqq. 149. sqq. 313. sq. 402. sqq. 745. sqq.

nium mortalium vitæ ac felicitatis auctor, parens, deus exstitit. Prometheus Jovis ad regnum obtinendum adjutor fuerat; Jupiter Prometheum, immemor beneficii, nec ullum ob causam, nisi quod eum ob nimiam humani generis caritatem suspectum haberet, indignis modis vexat, acerbissimisque pænis affligit. Juniter in summo dignitatis et imperii fastigio constitutus onnia libertatis jura diis eripuerat, æquitatem ac justitiam negligebat, sanctissimas antiquissimasque leges pedibus conculcabat: Prometheus ne summa quidem miseria sic induratur, ut ingenitum humanitatis sensum ex animo amittat; non irascitur hominibus I, quorum propter amorem tanta se calamitate oppressum videt; non exuit pristinam miseris succurrendi voluntatem "; et quamquam se immensis malorum fluctibus mersum videt, idem tamen se quam plurimos malorum socios optare candide negat n. Jovem ne summa quidem potentia a timore liberat, id quod haud obscuro indicio prodit, cum vaticinio Promethei perterritus Mercurium ad eum ablegat, omnibusque minis ac terroribus, pertinacissimum, quo ille nuptias Jovi periculosas premebat, silentium vincere atque expugnare cupit; Prometheum vero, quamvis omnibus artubus deligatum et constrictum, non Chori sollicitudo benevolentiæ plena, non Oceani, mitiora remedia suadentis, amica consilia, non Iûs miseris furoribus vagisque cursibus unius Jovis ob noxam agitatæ horrores, non sævæ Mercurii comminationes, non denique aëris marisque tumultus, non cœli terræque ruinæ molliunt ac frangunt. Ecce justum illum ac tenacem propositi virum! Ecce virum fortem cum mala fortuna compositum!

Admirabiliter autem Æschylus Promethei imaginem sic efformavit, ut, quamquam semper tenet animi fortitudinem, eandem tamen pro diversa personarum, quibuscum componitur, indole atque ingenio aliis aliisque modis exserat atque declaret. In prima enim scena, præsentibus Vulcano, Robore ac Vi. supplicii exsecutoribus, omne animi robur in gravissimo silentio cernitur, quo vincula, vulnera, cruciatus, ludibria perfert. enim supplex est Jovis ministris; non vociferatur, non ingemiscit illis præsentibus. Nempe, quantum in ipso est, diligenter cavet, ne inimici fructum oculis ex casu suo capiant. Ne vero id aliter, ac verum sit, interpretarentur spectatores, illudque silentium ad immanitatem quandam in animo, et stuporem in corpore traherent, statim, ubi illi recesserunt, Prometheum poëra sic induxit loquentem, ut et acerrimum dolorum sensum et summam animi mansuetudi. em proderet o. Neque tamen succumbit dolori; sed postquam se eum bene sentire ostendit, corripit animum, eumque ad virtutem ac malorum tolerantiam revocat P. Supervenienti deinde Choro miserias quidem suas ac dolores exponit; sed ita, ut iniquitatem potius Jovis tyranni accuset, quam suæ ipsius fortunæ acerbitatem queratur. Cumque se ipsum recte factorum conscientia erigit, tum Tovem, quod sibi beneficia hominibus tributa vitio vertat, acerbe perstringit,

1 V. 445. M V. 631. agg. V. 345. sq.
V. 87. sqq.

P V. 101. sqq.



eique venturum esse tempus ostendit, quo sponte sua Prometheum liberaturus sit, ut periculosa consilia, quæ sibi imperii jacturam portendant, ab eo resciscat. Et quamvis asperum se et acrem inimicis præbeat, ita tamen erga amicas se gerit, ut caveat, ne idem erga omnes morosus, difficilis aut iracundus esse videatur q. Post Oceani in scenam ingressi, benevolentiam quidem, dum se ei deprecatorem and Jovem offerebat, agnoscit, veruntamen molestam eius sedulitatem constanter amolitur, suboffen sum se severa ejus objurgatione significans. Nihil autem sibi opus eius vel monitis vel auxiliis libere profitetur, euunque omnibus se viis aggredientem infecta re discedere jubet . In sexta tragodire scena Ioi. infelici puellæ, comitatem præstat, cum, quod illa rogaret, ut sibi, quæ superessent itinera, exponeret, haud cunctanter efficit; nisi quod initio, ne ejus animum novo futurarum ærumnarum terrore exaugeat, cam narrationem humaniter detrectat t. In hoc autem colloquio nullam prætermittit occasionem, qua Jovis crudelitatem, superbiam, libidinem accusare possit . Suam quoque conditionem Iûs fortuna multo acerbiorem esse ostendit x; qua ratione spectatorem, qui flebiles Iûs lamentationes auribus acceperat, in majorem sui admirationem rapit. Posteaquam vero Io discessit, ferocius Jovem insectatur, Choroque subinde timenti, se ab omni metu alienum esse profitetury. Vitam enim sibi, quicquid Jupiter moliatur, eripi posse negat; in eaque cogitatione nunc quidem consolationis argumentum quærit , etsi antea, ubi cum Ione colloquebatur, hanc immortalitatem multum sibi molestam esse fassus erat . Omnes autem animi nervos intendit, omnenique generosæ mentis vim expromit, in extrema scena, ubi Mercurio, Jovis asseclæ, tanquam sorici palatii acerbe illudit, et quo gravioribus minis hic eum opprimere ac vincere studet, eo liberius audaciusque exsultat; imo etiamsi Jupiter cœlum terramque misceat atque confundat, ipsamque cui affixus erat, rupem disjiciat ac deturbet, se de statu mentis dejectum non iri, non verbis solum ostendit, verum etiam ut spectator reapse experiatur, facit.

In reliquarum vero personarum animis et monibus efformandis non magis egregiam inventionis ubertatem, quam eximiam artis calliditatem Æschylus declaravit.

Ac primum quidem, cum inter dramatis personas duæ inimicæ sint Promethei, Robur et Mercurius, quatuor autem amicæ, Vulcanus, Chorus, Oceanus, et Io, una tamen quælibet earum suum in Prometheum vel odium vel benevolentiam proprio quodam modo et suo testificatur. Robur enim ea asperitate est et immanitate naturæ, ut Promethei doloribus et crusiatibus lactetur, ut miseriis ejus illudat, ut supplicium urgeat, et, quantum fieri possit, augeri atque exacerbari velit. Quid multa? Carnificis ingenium dixeris. Mercurius vero mitiorem, politiorem et callidiorem se adversarium præbet; nec demi quid de Promethei malis,

```
      q V. 426. sq.
      * V. 757. sqq.

      r V. 330.
      y V. 915. sqq.

      s V. 372—392.
      * V. 941.

      t V. 629. sqq.
      * V. 759, 760.

      v V. 741. sqq.
```

nec addi aliquid cupit; verum id unice agit, ut majorum pœnarum minis, Prometheum ad prodendum, quod rescire Jovis intererat, secretum volentem nolentemve adducat.

Vulcanus propter consanguinitatem et antiquam consuetudinem bene quidem Prometheo cupit, ejusque malis graviter ipse, si quis alius, adficitur; tantum tamen abest, ut ei opem ferre adversus Jovem velit, ut potius, necessitati parens, suæque ipsius saluti consulens, ipse suppli-'cium puniendo amico a Jove excogitatum suis viribus ac manibus exsequatur. In Choro Oceanitidum naturalem quidem sexus muliebris timiditatem agnoscas; idem tamen et benevolentiam in Prometheum luculentius ostendit. et quantum Jovis crudelitatem et impotentiam abhorreat, subinde liberius prodit; et in extrema dramatis scena, generosam animi indolem illustri documento probat, quod ultima cum Prometheo perferre ac pati mavult, quam eum in summo rerum discrimine deserere b. Oceanus, quibuscunque rebus sine suo ipsius detrimento Prometheo inservire possit, h. e. quicquid precibus pro eo apud Jovem impetraturum se sperat, lubenti animo offert, ceterum callidus potius est ad avertenda pericula, quam ad sustinenda promtus aut paratus. Io denique Prometheum quidem ut communem humani generis benefactorem colit, et ut æque miserum, ac se ipsam, miseratur; veruntamen suorum ipsius malorum sensu sic opprimitur, ut, quomodo Promethei curas et fortunæ acerbitates aliquo modo leniat, ne cogitet quidem, sed ad ejus consilium ultro confugiat, in ejusque futurorum prævisione laborum sibi lenimen quærat e.

Deinde, ut erga Prometheum, sic iidem interlocutores erga Jovem non omnes eodem modo, sed alii aliter animati sunt. Keáros ferum est et barbarum tyranni mancipium, quod non alia lege, nisi ejus nutu atque arbitrio gubernatur, nec propter servilem animi indolem vel crudelissimis domini facinoribus offenditur, sed potius ad mandata ejus peragenda, qualiacunque fuerint, quo jure quave injuria mandata sint, alacri et promto animo fertur. Mercurius vero versutus est Jovis assentator, ex aulicorum numero, qui quantum inter imperium et servitutem intersit, probe quidem intelligunt, nec tyrannorum sævitiam, pravitatem ac superbiam ignorant, attamen servitutem opibus et honoribus affluentem egenæ humilique libertati longe præferunt, ideoque ad imperantis arbitrium nutumque totos se fingunt et accommodant. In ejus præterea sermone Æschylus reliquos aulicorum mores, astutias, cavillationes, innocentiæ simulationem, opprobriorumque, modo apud principem gratiosi sint, patientiam arte callidissima effinxit. Vulcanus ex eorum numero est, qui jugi a tyrannis sibi impositi molestiam sentiunt quidem, non tamen id, quamvis acerbum, a corpore repellere, aut saltem collo jactare audent, sed potius iniquo animo servitutis frenis semel acceptis parent. Oceanus neutri parti immodice nec favet nec adversatur; sed temperi inserviendum esse ratus propitium sibi tyrannum habere cupit, si nihil aliud,

b v. 1071. c v. 609. sq.

certe hoc lucraturus, ut et suæ saluti prospicere, et si usus venerit, aliis quoque deprecando saltem, prodesse possit. Chorus regis potentiam metuit; iniquitatem aversatur; sed hactenus tamen, ut nec ultro adversus eum quicquam moliri, nec propter ejus metum officii sanctitatem deserere velit. Itaque iras ejus non provocat ille quidem, sed tamen cum officii tuendi causa suscipiendæ sint, non detrectat. Io denique propter Jovis libidinem in tot errores ærumnasque conjecta, ac furoris quoque stimulis identidem agitata, sic animo se fractam ac debilitatam esse ostendit, ut eum quidem oderit et abominetur, quo tamen pacto se in libertatem vindicet, aut malorum auctorem ulciscatur, plane non intelligat.

Atque quod Aristoteles pronuntiavit, tragcediam di iliou ani offen, h. e. misericordia et metu tragicis phantasiis excitato, verarum ejusmodi perturbationum correctionem seu purgationem perficere, (πιραίνειν τοιφίτων παθημάτων πάθαρσιν) i. e. efficere, ne homines in vita justo plus minusve ægritudine vel metu afficerentur, sed in his affectibus auream illam mediocritatem tenerent; id profecto in hac tragœdia sic instituit et perfecit Æschylus, ut in eam formam, quam animo comprehendit philosophus, nulla melius includi posse videatur. Magnam sane, quis enim neget? misericordiam excitat in spectatorum animis Promethei fortuna. Nam et indignitas malorum, quæ immeritum premebant, et vinculorum cruciatuumque diritas, et solitudo, et diuturnitas doloris, et amicorum imbecillitas, et inimicorum ludibria, hæc omnia cum singula per se miserabilia sunt, tum inter se conjuncta faciunt, ut spectatorem eo vehementius Promethei tot calamitatibus obruti miserescat. Ne tamen ultra modum ejus malis affligatur, excellens Promethei fortitudo prohibet, quæ misericordiam ærumnarum virtutis ejus admiratione temperat : at, si nobis optio detur, Promethei virtutem, quamvis adversa fortuna oppressam, Mercurii ignavæ et sordidæ felicitati multum simus anteponendam existimaturi. Cumque sub Jovis nomine tyranni cujusdam, civium libertatem opprimentis, effigiem adumbrare poëta voluerit, magnum quidem in spectatorum animis tyrannidis metum excitavit, ut nimirum Atheniensium populo angue caneque pejus vitandam esse tyrannorum impotentiam persuaderet; eosdem tamen etiam, non nimis metuendum esse tyrannum, si cui quando contigerit remp. opprimere, sed, ut Prometheum Jovi resistere videbant, sic illi quoque fortitudimem animi opponendam, nec succumbendum malis civibus, sed potius renitendum atque obsistendum esse doceret.

Ac nisi isto potissimum consilio hanc tragædiam scripsisset poëta, ut invisum redderet liberis civibus tyrannicum imperium, parum abcsset, quin totum illud cum Ione colloquium laruman inane et præter rem arcessitum esse videretur. Si vero id, quod volumus, spectavit tragicus, appositissima est pars fabulæ de Iûs erroribus ob insanum Jovis amorem ab irata ejus conjuge miseræ virgini impositis. In memoriam enim hæc revocabant plerorumque tyrannorum effrenatas libidines, a quibus nec maritis uxores, nec parentibus filias castas et pudicas tueri licebat.

Digitized by Google

Reliquarum vero laudum, quibus in tragcedia poëtarum vel ingenium vel extificium spectatur, huic Promethei vincti dramati nullam equidem deesse censeo. Nam sive verisimilitudinem spectes, omnia vel ad historiæ veritatem, vel ad fabularum vulgo creditarum auctoritatem, vel denique ad populi opinionemesie accommodata sunt, ut nihil amplius requiri possit. Sive dignitatem scenicæ fabulæ præsertim tragicæ cogites, passim a nobis in commentario observatum, quam callide ab iis, quæ tum circumferebantur, de Ione et Prometheo fabulis, quicquid ridiculum esset, quicquid a cothurni gravitate discreparet, separaverit; sive adornationem universi operis, et partium singularum cum toto concentum examinaveris, nihil fere uspiam supervacuum, nihil mancum, nihil denique inchoatum reperietur, quod non idem sit laudabiliter perfectum; nec solum loci ac temporis, in quo quædam poëtis licentia recte cenceditur, sed etiam, quod majus est, actionis, in qua nihil placere potest, quod sit interruptum aut male consarcinatum, admirabilis cernitur unitas atque simplicitas. Quid? quod in omni elocutione, quid stili tragici decor, quid dialogi veritas, quid interlocutorum partes postularent, sapientissime Æschylus intellexit. Ea certe est in tenuibus eimplicitas, in magnis sublimitas dictionis, ut utriusque varietate ac vicissitudine mirabiliter delectetur lector, qui quidem in his rebus recte sapiat; nec umquam aut illam in sterilitatem, aut hanc in vitiosum tumorem abiise deprehendat.

Quod vero Æschylus sub Jovis nomine, quem deorum hominumque regem venerabatur populus, tyrannorum injustitiam et crudelitatem castigavit, id sane, si res ad veram ætatis nostræ de dei numine philosophandi rationem exigenda esset, impium et sceleratum, populique moribus perniciosum fuisset; cum autem istis de Jove opinionibus tota Græcorum natio dudum imbuta esset, non magis in poëta nostro quam in Homero reprehendi debet, eum humana potius ad deos, quam qua vere divina essent, ad homines transtulisse.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ

IN

ÆSCHYLI SEPTEM ADVERSUS THEBAS.

ÆSCHYLI

SEPTEM ADVERSUS THEBAS.

ARGUMENTUM TRAGGEDIÆ.

CEDIPUS, Thebanorum rex, postguam a se inscio patrem Laium occisum, et. matrem Jocastam in matrimonium ductam esse cognovit, parricidii incestusque acerba pœnitentia vehementer agitatus, Thebis profugus, in exilioque mortuus regnum filiis ex connubio cum Jocasta susceptis, Eteocli et Polynici reliquerat. Inter quos cum convenisset, ut annuum imperium per vices administrarent, nescilicet patris diras, quibus iis, ut inter se ferro decertarent, mutuaque cæde exstinguerentur, imprecatus erat, ipsi forte ratas facerent. Eteocles, qui primum ad gubernacula reip. accesserat, regni cupiditate incensus, anno suo elapso, recedere noluit, nec fratrem, ut pactum erat, admittere. Quam Polynices injuriam indignissime ferens, Adrasti Argivorum regis, cujus filiam uxorem duxerat, auxilium implorat; ab eoque impetrat, ut bello Eteoclem persequeretur. Thebis igitur ab Argivorum exercitu, qui septem claris ducibus regebatur, obsessis, primum theatro ostenditur Eteocles populum Thebanum ad fortitudinem alacremque urbis patriæ, defensionem cohortaturus a. Concione dimissa b ad Eteoclem venit explorator, nuntians ei, septem Argivorum duces sacramento se obstrinxisse, se aut expugnaturos urbem, aut ante eam morituros esse. Itaque iam in eo esse, ut vehemens hostium ad omnes portas impetus et oppugna-Eteocles, re audita, deos in auxilium invocat c, et necessaria quædam paraturus abit. Scenam ingreditur Chorus d mulierum Thebanarum, metu ac terrore perculsus, deos deasque pro salute patriæ supplicibus implorans. Quorum clamore et vociferatione cum Eteocles civitatem tumultus ac timoris plenam commoveri ac perturbari sensisset, accurrit , et gravi oratione Chorum

[•] v. 1. sqq.

^{° ▼. 69-77.}

⁴ v. 88.

increpat, qui primum trepidationem suam, quantum potest, excusat, deinde un genti se regi, ut in hoc rerum discrimine pavorem civium augere desinat, posthac se tranquilliorem futurum esse promittit. Eteocle tamen digresso metum et formidinem, male animo pressam, iterum prodit f, urbisque obsessæ aut expugnatæ calamitates luculentis coloribus depingit. Redit Eteocles , cum exploratore, qui quam quisque septem ducum portam oppugnandam sortitùs sit, enarrat. Singulis fertissimum quemque ex suorum numero delectum Eteocles oppopere decernit. Itaque Tydeo h Melanippum i, Astaci fil., Capaneo k Polyphontem 1, Eteoclo m Megareum n, Hippomedonti o Hyperbium P, Parthenopæo Actorem . Amphiarao Lasthenem obviam iturum declarat. Septimo vero, Polynici, fratri suo , se ipsum adversarium futurum esse denuntiat. A quo consilio frustra eum Chorus abducere cupit x. Eum igitur ad pugnam festinantem scenaque egressum flebili cantico prosequitur, quo mala fatorum legibus impendentia præsagit. Supervenit a nuntius, urbem quidem periculo liberatam. fratres vero Eteoclem atque Polynicen mutua cæde in duello concidisse narrans. Tristissimum hunc eventum Chorus lugubri carmine celebrat . Accedunt infelicium Œdipodis filiorum sorores Antigone et Ismene b, hæque præsertim cadaveribus fratrum in medium allatis, una cum Choro mœroris officio fungentes. plangore et lamentatione scenam complent. Venit e deinde præco a senate missus, qui ex SCto Eteoclem quidem justis exseguiis honorandum, Polynicen vero ut patrize hostem sepultura privandum esse pronuntiat. Cui Antigone fortiter obloquitur d, seque vel solam invito senatu, fratrem sepulturam ostendit, Postremo Chorus in duas e partes discedit; altera cum Antigone Polynicis, altera cum Ismene Etcoclis funus comitante.

Prima dramatis scena finitur v. 38. secunda continetur v. 39-77. tertia v. 78-185. quarta v. 184-288. quinta v. 289-576. sexta v. 377-678. septima v. 679-721. octava v. 722-793. nona v. 794-823. decima v. 824-871. undecima v. 872-1906. duodecima v. 1007-1055. ultima v. 1056-1081.

FABULÆ SEPTEM ADVERSUS THEBAS NOMEN, FUNDUS, LOCUS, TEMPUS, PERSONÆ, ORNATUS SCENICUS.

Nomen hujus tragædiæ ab aliis 'Egrà igi) Oncas, ab aliis 'Egrà igi) Oncas, stribitur. Et igrà quidem igi) Oncas, legitur in MSS, et Edd. consentientibus

```
f v. 291. sqq.
                                          . v. 570-598.
₽ v. 376. sqq.
                                          • v. 633. sqq.
 v. 377. sqq.
                                          ■ v. 655. sqq.
₹ v. 399. sqq.
                                          * v. 679. sqq.
b v. 424. sqq.
                                          y v. 723. sqq.
v. 439-453.
                                            v. 794.
₹ v. 459. sqq.
                                            v. 824. sqq.
₹ v. 474—482.
                                          • v. 863.
 v. 488. sqq.
                                          • v. 1007.
P v. 502. sqq.
                                          d v. 1028. sqq.
v. 528. sqq.
                                          . v. 1055. 5qq.
* v. 552. sqq.
```

Justino ut vulgo dicitur in Quartionibus et Resp. ad Orthodoxos qu. 146. et Clem. Alex. Strom. lib. i. p. 401. ed. Oxon. 'Enrà lai Gascas vero scribunt Diodorus in Bibl. lib. iv. Apollodor. Bibl. l. iii. Aristoteles Metaphys. l. xii. c. 6. Clemens Alex. l. l. p. 400. Eustath. ad Iliad. J. p. 489. Denique ita fabulam hanc citant Aristophanes in Ran. v. 1053. Plutarchus Sympos. lib. vii. qu. 10. p. 715. ed. Francof. Athenœus Deipnosoph. lib. i. c. 19. Eustath. ad Iliad. a'. p. 146. Longinus in lib. wie?" Thous. s. 15. quæ loca post alios congessit Burtonus.

"Æschylum ducum, qui ad Thebas ceciderunt, numerum ad septem redegisse, cum plures fuerint, tradit Pausanias in Corinthiacis. Τότους τὸς ἄνδρας ἐς μένον ἱπτὰ ἀριθμὸν κατήγαγεν Αίσχύλος, πλειόνων ἔκ τι "Αργους ἡγεμόνων, καὶ Μεσήνης, καὶ τινων 'Αρκάδων συτρατινσμένων. τούτων δὶ τῶν ἱπτὰ (ἱππελουθήπασι γὰρ καὶ 'Αργεῖω τῆ Αίσχύλου ποιήσει) πλησίον κεῖνται καὶ οἱ τὰς Θήθας ἱλόντες ctc. Quod si ita fuerit, recte hoc inter frigidiuscula recenset Gellius, qua de numero septenario congesserat Varro, sc. ad oppugnandas Thebas duces septem delectos esse. l. iii. c. 10. Congesserat autem Varro, ut opinor, ex Græcis scriptoribus. Ita enim Aristoteles Metaph. xiii. 6. Quinimo an verum sit, quod prodit, Pausanias, dubito: Pindarus enim, Æschylo comtaneus, septem rogos ducum memorat Olymp. od. vi. 23. ἰπτὰ δ' ἔπειτα πυρῶν περῶν τελεσθέντων.——" Stanl.

Fundus tragedie est antiquissima belli Thebani historia, quod post deperditos Thebaicorum auctores narrant Diodorus Siculus, Pausanias, Apollodorus, epico carmine celebravit Statius. Varietatem vero historiæ Œdipodiæ multiplicibus fabularum commentis a poetis auctæ et amplificatæ Excursu L exponemus.

Scenæ locus est in arce Thebarum, is angeriaus, non autem in turri, aut in muris, ut Portus putabat. Cf. quæ dicemus ad v. 242.

147. sqq. σύ τ' δ Απτογίνεια κούςα —πυκάζου. Τυque ô cara Diana, Latonæ filia, arcum bene instrue. Diana non solum, ut venatrix, sagittandi peritia nobilis erat, sed hoc loco simul respici potest ad Niobes fabulam, quæ cum se numero prolis Latona superiorem jactasset, liberis mox ab Apolline et Diana orbata est, cum ille filios,

hæc filias sagittis interficeret.

"Οτοδον άρμάτων άμφὶ πόλιν κλύω,
"Ω πότνια "Ηρα."
Ελακον άξόνων βριθομένων χνόαι,
"Αρτεμι φίλα. ἐ ἐ ἐ ἔ.
Δορυτίνακτος δ' αἰθηρ ἐπιμαίνεται.
Τί πόλις ἄμμιν πάσχει; τί γενήσεται;
Ποῖ δ' ἔτι τέλος ἐπάγει θεός; ἐ ἐ ἔ ἔ.
'Ακροδόλων δ' ἐπάλ-

155

151. จังงโงง] จังงจริงง Ald. Rob. Turn. งร ล้นจุงรู้ข่างง จังงางโงงง Viteb. 154. រื] Ter tantum Mosq. 2. 155. โดงแผ่งเงานา] เงาะแบ่งเงาน Mosq. 1. 156. จา๋ รุงเทคระจน] นตร รุงเทคระจน Mosq. 2. จา๋ รุงเทคระจน Ald. 157. จา๋] จีที่ Mosq. 1. จา๋ จา๋ จา๋งเง จา๋งเง จา๋งเง จา๋งเง Rob. រឺ] วี วี วัน Mosq. 2.

151. In iis, quæ sequuntur, non remittitur virginum angor, sed vehementius augetur, cum ipsæ earum preces, variis horroribus ex audito curruum bellicorum armorumque strepitu misceantur.

öτοδον — κλύω. Strepitum curruum circa urbem audio.

152. & πόστια "Ηςα. Brevis hæc invocatio nominis, similis ei quæ v. 154. sequitur, ipsis precibus suppressis, sic prodit aninum muliebriter anxium, ut quasi puellam, periculo quodam exterritam, matris opem implorantem, ejusque nomen semel ac sæpius inclamantem audire nobis videamur.

153. Ἰλακον—χνόαι. Stridorem edunt rotarum fistulæ, axibus oneratis contritæ. Imago ad naturæ veritatem adumbrata. 4 Callimachus hymn. ν. Συρίγγων άξω φθόγγγον ὑναζονίων. χνόαι sunt, interprete Hesychio, αὶ χονικίδες, αὶ τοῦ ἔξονος σύριγγις." Stant.

154. 'Αςτιμ φίλα, ἴ ἴ ἴ ἴ . Hæc v. 150. repetitio magnam vim habet ad absolvendam animi terrore perculsi

speciem.

155. depurinances alone lamaineras. Nobis quidem, qui multo majoribus tornentorum bellicorum, qua pulvere nitrato exonerantur, fragoribus adsueti sumus, hæc phrasis de solo hastarum contilctu justo inflatior ac tumidior videatur; sed Æschyli ætate nibil habebat, quod quemquam offendere posset. Aër hastarum conflictu concussus furit. Imo vero, cum post verbum iaruanincas quædam quasi mora, s. interpunctum intervallum sit,

prudenter Æschylus gravissimum verbum in clausula posuit. Furere etiam Latinis poëtis de graviore strepitu usitatum. Sic furit astus arenis apud Virgilium, Æneid. i. 111.

156. sq. τί πόλις, (MS. Guelf. καὶ πόλις) — 916ς; Quid tandem nobis urbs patietur? Quid illá fiet? quorsum tandem finem diriget deus? Variatio hæc temporum, præsentis et futuri, bene exprimit animum calamitetibus futuris tanquam præsentibus intentum.

158. sq. ἀκζοδόλων δ' ἐπάλξιων λιθάς łęχιται. Quamquam Pauwius more suo acriter urger, hæc de lapidibus e muris in hostilem exercitum jactis intelligenda esse ; verum tamen est, quod Heathius vidit, significari potius imbrem lapideum ab hostibus in summa propugnacula missum. Primum enim utitur poëta verbo lexicai, non apierai aut simili. Deinde exterritas mulieres, præ metu vix sui compotes, prout meticulosorum mos est, ad ea solum attendere consentaneum est, quæ terrorem augere possint, non ad ea, quæ spem hostium impetum propulsandi ostendant. Denique ἀπρόδολοι ἐπάλ-Eus sunt propugnacula, quorum summa lapidibus petuntur, prout infra v. 304. ἀμφιδόλοισιν σολίσαις int. qui undique lapidibus feriuntur. A.Das est acervus lapidum, ein Steinhagel, Steinregen. Ante irálčiar præpositio zarà, ut sæpe fit, omissa. Optimum vero fuerit sequentem Apollinis invocationem partim ad v. 158. 159. partim ad v. 161, 162. trahere, ita ut post lexiem commate tantum interpungatur.

ξεων λιθάς έςχεται. "Ο φίλ' "Απολλον, Κόναβος εν πύλαις Χαλκοδέτων σακέων, Καὶ διόθεν πολε-

163. nai dieder] in dieder Rob.

160. sqq. δ φίλ' Απολλο, κόναθος — σακίων. Ο dilecte Apollo, strepitus auditur in poçtis clipcorum ære revinctorum. His verbis designat Chorus cives suos in ipsis portis adversus kostes certaminis discrimen subeuntes.

163. sq. καὶ Διόθεν πολεμόκραντον άγνὸν τέλος] Hæc verba et interpunctionem dubiam, et sensum difficilem habent. Ut Scholiastarum nugas silentio prætereamus, duplex potissimum ea construendi ratio est, cum duplici quoque sensa conjuncta. Vel enim pancto post villes, aut colo, quod Brunckius fecit, posito, ad priora illa móvecω in gróλους retrahuntur; vel quod Heathio placuit, post ranias puncto distinguitur, et verba zal Διώθεν-The cum sequentibus arctissimo nexu copulantur. Priorem igitur viam si quis ingrediatur, hunc sensum, sane non incommodum, elicuerit: Strepitus in portis chypeorum ære revinctorum, et sacra cohors a Jove scil. constituta, mison, bellum perfectura. ridos de turma et cohorte militum usurpari notius est, quam ut moneri debeat. áyrir es-Ass, cohors pura, casta, sencia, ut apud Momerum puláner ligir riles, Il. n'. 56. dici possit; vel quia, ut Eustathius ad h. l. observat, હેમ્પાડ માટ્રેજ કેલ્લા જ જે વર્લેંગ de Senter pelantini, vel ut epitheto ayror designetur innocentia et justitia belli pro patriæ salute suscepti. wellmoneuren tametsi analogia passivum sensum postulat, sicut mercéngueres est a Parcis perfectus, non repugnaverira tamen, si quis illud active capiendum putet, ut sit : bellum gerens, perficiens, administrans. Aider denique breviter pro Δάθεν άφωρισμένεν, στσαγμένεν, di-Hactenus nibil nobis etum fuerit. occurrit, quod magnopere offendat, Attamen, ut minus quam vellem huic explicationi tribuam, primum hoc me movet, quod zivales et rixes non satis apte conjunguntur; deinde quod, ut

jam antea monitum est, si h. l. Cherus militum suorum in portis hostem oppugnantium mentionem fecisset, fiducize potius quam terroris materiam habuisset. Atqui Chorus hic nihil aliud, quam periculi magnitudinem cogitare; nec ulli hominum auxilio confisus ad solum deorum præsidium tanquam ad portum confugere videtur. Quæ cum ita sint, alteram rationem, quæ verba sai Lúdsu-rilse; cum sequentibus iv maxausi er conjungit, præferendam puto. Sed de ea ipsum audiamus Heathium disserentem

160

" Primo observandum est, Chorum hunc muliebrem inter preces, quas diis patriis pro salute publica fundit, strepitu aliquo ab hostibus appropinquantibus oborto, vel oboriri viso, et ad esrum usque aures pertingente, subinde interrumpi ac percelli, unde subite consternatæ, precibus tantisper intermissis, strepitum illum sibi mutuo annuntiant, et deinde deorum invocationes tanto ardentius persequantur. Its post Dianam, v. 152. invocatam, strepitum ex curruum tumultu urbi appropinquantium ortum memorant; post Junonem, v. 155. invocatam, stridorem axium sub pondere gementium; post Dianam, iterum, v. 158. invocatam, aëris fremitum ex concussione hastarum, et imbrem lapideum summa etiam propugnacula quassantem; post Apollinem denique, v. 164. invocatum, clamorem hostium per ipsas urbis portas irrumpere nitentium extrimatæ nuntiant. Inde ad preces reversæ in his duobus versibus, et tribus qui sequuntur, Minervæ etiam Once, Thebarum protectricis, opem implorant, extremum scilicet periculum jam urbi impendere autumantes. His igitur præmissis dico versus 165. et 166. parenthesi includi debere; clamorem enim hostium in ipsis urbis portis audiens, aut audire sibi visa Chorpi μόκραντον άγνὸν τέλος. Έν μάχαισί τε μάκαιρ "Ανασσ" Όγκα πρὸ πόλεως

165

165. μάκαις'] μάχαις' Ald.

166. "Oyza] "Oyya Mosq. 1.

exclamationem istam, precibus interim abruptis, interponit, deinde, at monui, and preces revertiur. Ita quæ hic leguntur, Διάθης πολιμόπεραντον άγνος τίλος, quæque Minervam designant, per copulam καὶ connectuntur cum v. 160. Εφίλ "Απολλον. Post rides etiam non periodi nota, sed bereτιγμη tantum poni debet, ut continua oratione hæc et sequentia conjungantur, sicut copula es revera connectuntur. Ita autem totum locum vertendum censeo: O dilecte Apollo (strepitus in portis ære revinctorum clypeorum) et a Jove in bello constituta sancta moderatrix in pugnisque beata regina Onca, pro urbe te sistens septem patentem portis sedem protege et liberà. Vox rilas magistrahum, vel qui cum imperio est, significat. Hoc sensu và vily numero phirali a Thucydide usurpatur lib. i. §. 58. ubi vide Dukerum; p. 40. et in singulari etiam numero a Poëta nostro infra v. 1033.

Τοιαῦτ' ἐδοξι τῷδι Καδμείων τίλει. Si quis tamen pro Καὶ Διάθιν rescribete malit ^{*}Ω Διάθιν, me non renitentem habebit."

Hactenus Heathius; cujus quidem sententiam, ut omnino probamus, ita in singulis quibusdam partibus emendandam censemus. Initio enim parenthesi illa, cui v. 161. 162. includit, non delectamur. Melius est et superioribus aptius, post razier puncto distinguere. Deinde erravit Heathius, cum verhą πεὶ πόλιως vertit, pro urbe te sistens; significatur potius suburbana. Oncæ enim Minervæ templum ante urbem erat. Denique wolsudzeares passivo sensu cepisse videtur Heathius: verum an πολεμόπεωντος unquam significare potuerit in bello constitutus, valde dubito; ac potius Διόθεν πολεμόπραντον τέλος interpretor præsidem a Jove, s. Jovis numine, bellum perficientem; h. e. a Jove ad bella administranda natum et constitutum. cf. lexic. Æschyleum in Πολεμόπραντος, et Tiles. Reliquam vero h. e. primariam partem Heathianæ explicationis, qua totum h. l. de Pallade intelligi voluit, non solum, quod ipsis hisverbis Minerva, cui curæ fuisse rolluma leva nemo ignorat, optime et verissime describitur, verum etiam hoc potissimum argumento ducti probamus, quod hic locus ad Heathii sententiam intellectus planissime cum simili loco v. 127. sqq. convenit; ut enim ibi Minerva sic invocabatur: & Lieguis plaiaux pares, puristrolle 71100; ita h. l.

καὶ Διόθεν σολεμόπραντοὶ ἀγνὸν τέλος, ἐν μάχαισί τε μάπαις ἄνασο' "Ογκα πεὸ πάλεως ἐπτάπυλον Ίδος ἐπιβρύου.

In quibus aperte sensus idem, elocutio, pro Æschylen dicendi ubertate, variata et amplificata. Aus Ser simul fabulosam Minervæ e Jovis cerebro nativitatem innuere potest. ayi vero proprium est hujus dem epitheton, ob castitatem omnium sermone celebratam. Superest, ut lectori totius in quo paulo longius versati sumus carminis versionem perpetuam exhibeamus, ut de universa ejus serie et nexa facilius judicaci possit. Ad quasastas vero propugnaculorum pinnas lapides volant, 6 dilecte Apollo; strepitus in portis oritur clypeorum eratorum. Tuque 6 casta Jovis numine ad bella perficiendo constituta præses, regina Onca suburbana in preliis felix, serva, defende hane

urbem septem portis patentem.

166. ἄναστο "Ογκα. " Aliqui a vico Boootiæ Onca nominato dictam volunt. Schol. Pind. Olymp. Od. 2.

"Αγαλμα Παλλάδος ὁ Κάδμος δεύσανο ἐν "Ογκαις, κόμη τῆς Βοιωτίας. 'Ογκαι οὐν ἡ 'Αθηνᾶ τιμάται. Schol. κ. ad h. l. διὸ καὶ lὰ Φοινίκων κατηγμένος. "Όγκαν 'Αθηνᾶν παρὰ Θηθαίως τιμάσθαι ἰντίσος. Μαλε τὰ ἀλθηνᾶ κατὰ Φόνκας. Male igitur idem Scholiastes vocem esse Ægyptiam dicit, cum Pausanias ex hoc ipso Dem nomine Cad-

Έπτάπυλον έδος ἐπιρρύθ.
'Ιὰ παναλκεῖς θεοὶ,
'Ιὰ τέλειοι τέλειαί τε γᾶς
Τᾶσδε πυργοφύλακες,
Πόλιν δορίπονον μὴ προδῶθ'
Έτεροφώνω ς κατῶ.
Κλύετε παρθένων,
Κλύετε πανδίκως
Χειροτόνος λιτὰς,

170

175

167. ἐπιβόνου] ἐπιρώου Ald. 169. πίλιιαι] 9ιαὶ πίλιιαι Mosq. 1. πιλιίας Rob. 171. δορίπουσ] δορύπουσι Ald. Rob. Turn. προδώθ'] προδώθ' Rob. 174. παισκού

dinus] mardinus sic Mosq. 1. et supra ye. mardineus. mardineus Rob. Vict.

mum non Ægyptium, sed Phænicem fuisse probet. Τοῖς νομίζουστι εἰς γᾶν ἀφικίσθαι Κάδμον τοὰ Θηδαῖδα Αἰγώπτον, καὶ οἱ Φοίνικα ὅντα, ἔςτι ἐναντίς» 'τῷ λόγῳ τῆς 'Αθνιᾶς ταὐτης τὸ ἔνομα, ὅτι "Όγκα (vel "Όγγα, ita enim legendum esse, non Σίγα, monuerunt alii) κατὰ γλώσσαν τῶν φωνίκων καλειται, καὶ οἱ Σάϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν." Stanl.

weè wόλιως] "Scil. quæ in templo ante urbem colitur. Scholiastes Sophoclis: Δύο lieà ly ταῖς Θήζαις Τὸριστικ τὰ 'Αθηνά, τὸ μὶν 'Ογκαίας (τὰ acribendum, non Οἰκαίας), τὸ δὶ 'Ισμηνίως. Pausaniæ ætate tantum ara sub dio, eo ipso loco, quo bos fessa procubuit, et Cadmum, ut urbem conderet, admonuit." Stanl.

" Palladi, cujus ope draconem occiderat, quem sacro sibi fonti Mars custodem præfecerat, templum Cadmus exstruxit, sub titulo "Ογπω;, quo nomine Phænicum lingua Deam appellatam fuisse creditur. Templum hoc extra urbem erat, πεὶ πέλιως, prope portas, quæ ex eo 'Ογπαΐθες, et alio Bomine 'Ωγυγίωι dictæ. Idcirco dea ἀγχίστολις, πύλεων γείσων invocatur infra v. 503. Extat in illud vetus epigramma:

"Ογκας ναὸς δδ' ἐςὶν 'Αθανᾶς, ὅν ποτε Κάδμος

Είσατο, βοῦν 3' ἱέριυσιν, ὅτ' ἔκτισιν ἄτυ τὸ Θήζας."

Hactenus Brunckius.

168. *araduus Die, præpotentes,

169, 170. τίλιοι — πυργοφύλαπις, sancti sanctaque hujus urbis ac regionis turrium custodes.

171. πόλιν δορίπουον μὰ προδῶΘ'. Nolite urbem bello laborantem, belli discri-

mine afflictam, prodere-

172. ἐτιροΦώνω τρατώ. " Argivi et Thebani Græca utrique lingua, diversa tamen dialecto loquebantur, Argivi scilicet Dorica, Thebani Bœotico-Æolica. Hoc satis causæ erut, quire Argivorum exercitum i τερόφωνον τραvòr appellaret Chorus, præsertim si reputemus verisimiliter supponi, virgines, e quibus constabat, nunquam cum iis fuisse collocutas, adeoque metu perculsas, diversitatem illam majorem, quam revera fuit, credere potuisse. Pauwiana explicandi ratio, juxta quam ita appellantur, quia alias partes secuti aliam de rebus in controversia positis sementiam fovebant, ac proinde alia plane et a Thebanis diversa loquebantur, nimis longe petita est, et a sensu communi remotior, quam ut admitti mereatur. Id scilicet puellis simplicibus in patriæ excidio curæ erat, ne ab iis everteretur, qui alia ac ipsæ de Eteoclis et Polynicis in regnum Thebanum jure sentirent. Abstrusiores paulo sententias interdum promere poetam nostrum tateor; idem tamen naturæ morumque veritatem ut plurimum accurate sequitur." Heath-

173-175. κλύιτι παρθίνων, κλύιτι πανδίκως χειροτόνους λιτάς. Audite orginum, audite ut equum est, supplies

preces.

Ἰω φίλοι δαίμονες, Λυτήριοι αμφιβάντες πόλιν, Δείξαθ' ως φιλοπόλιες, Μέλεσθ' ίεςων δημίων, Μελόμενοι δ' αφήξατε Φιλοθύτων δέ τοι Πόλεως όργίων Μνήςορες έςε μοι.

120

ΕΤΕΟΚΛΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

Έτ. ΥΜΑΣ έρωτῶ, βρέμματ' οὐκ ἀνασχετὰ,

178. φιλοτόλιις] φιλότολις Ald. 179. μίλισθ' μίλισθι δ Mosq. 1. Rob. 183. έτι] Sic scribendum recte censuit Steph. ut sit imperativus, vulgo: ἐτί μοι, indicativi forma.

176. sqq. là φιλοπόλιις. Heu cara numina, qua urbem servatis et tuemini, mune demonstrate, quam sitis civitatis amantes.

179. sq. μίλισθ'- ἀρήξατι, curate sacra publica, curantes autem opem ferte; nisi forte melius est μίλισθι indicativi sensu interpretari; Curæ vobis sunt utique sacra publica; cum igitur vobis cura sint, succurrite iis, ne intere-Imo forte rectissimum fuerit, sublato commate post φιλοσόλιες, id adjectivum una cum præposita particula de ad sequentia μέλισ 3' ligar δηreferre: Ostendite vobis civitatis hujus amantibus curæ esse sacra publica, cumque vobis curæ sint, auxilio vestro ea protegite; ita ut ώς φιλοπόλιες sic idem ac ότι φιλοπόλιις όντις. Sic saltem optime inter se conjungantur difas άρήξατι.

181—183. Φιλοθύτων—μετάσορις εξει μοι. (In Aldina jam recte scriptum μετάσορις εξει μοι, ut ier sit imperativus; Turncbus vero dedit μετάσορες εξεί μοι, ita enim ex ratione inclinationis toni, si έτε præsensesset, scribendum erat pro μετάσορες εξει μοι, cum encliticum præsens εξεὶ accentum suum in μετάσορες τε μοι in ultimam verbi έτε rejiciat. Quia vero έτε hic imperativus est, sine dubio scribendum μετάσορες εξει μοι.) Ετ urbis igitur cæremoniarum sacrificia frequentamium memores nobis cetote. Hæc

verba facillime de omnibus omnium deorum sacris capiuntur, ut iis insit
IN SCENAM IV.

v. 184-288.

Accurrit Eteocles mulierum trepidatione valde offensus, earuquque lamentationes, veritus ne in timorem conjiciant milites, probris, objurgatione,
minis coërcet. Prima ejus oratio vehementissima est, et irarum plenissima; post colloquium cum Choro exorsus mitigatur paulatim ac defervescit, donec tandem animo earum confirmato, sponsioneque servandæ tranquillitatis accepta, placatus, quid eas
facere velit, quidque ipse jam peracturus sit exponit.

184. Θείμματ' οὐκ ἀνασχιτὰ pro-

2 1

Ή ταῦτ' ἄριςα καὶ σόλει σωτήρια, Στρατῷ τε θάρσος τῷδε συργηρουμένω, Βρέτη σεσούσας σρὸς σολισσούχων θεῶν, Αὔειν, λακάζειν, σωφρόνων μισήματα; Μήτ' ἐν κακοῖσι, μήτ' ἐν εὐεςοῖ φίλη, Ξύνοικος εἴην τῷ γυναικείω γένει. Κρατοῦσα μὲν γὰρ, οὐχ ὁμιλητὸν θράσος, Δείσασα δ' οἴκω καὶ σόλει σλέον κακόν. Καὶ νῦν σολίταις τάσδε διαδρόμους φυγὰς Θεῖσαι, διερροθήσατ' ἄψυχον κάκην.

185

190

186. Θάρτος] Θράτος Ald. Rob. Turn. 187. πολιστούχων] πολιστούχων Rob. 188. αὐιν] ἀὐιν Rob. λακάζιν] λακίζιν Mosq. 2. 192. οἰκφ] ἢπω mendose Ald. 193. φυγὰς] βοὰς Rob. 194. δπὴροθήτατ'] διιἤήτατ' Rob. mendose.

brum a summa indignatione expressum; ut nostri dicerent: ihr unausstehliches Gezücht, ihr unerträgliches Volk.

185. ἦ ταῦτ'—πυργηρουμίνη. Quæro ex vobis, an hæc optima et civitati conducibilia sint, exercituique huic obsesso animum augere possint. ἄρισα sarcasmus. Ipse enim pessimum arbitrabatur, chorum sic trepidare, discurrere, et lamentatione ac planctu urbis vicos complere. Post Θάρους supplendum iri Θάρους irì i. q. affert fiduciam, ut apud Homerum, τὸ γὰρ μίνος irì καὶ ἀλκή. Iliad. i. 602.

187. sq. βρίτη—συφρόνων μισήματα. Quod sic ad simulacra deorum urbis præsidum provolutæ clamatis, tumultuamini sapientibus odiosissima natio! Qui aures habuerit paululum teretes, eum ipsa irati dicti sonus et pronuntiatio admonebit, σωφρόνων μισήματα non ad rem pertinere, q. d. quæ sunt sapientibus odiosa, sed in personas mulierum conjici probrum vocativo elatum, simile illi Θρίμματ οὐκ ἀνασχιτὰ, quod vernaculo sermone sic efferretur; ihr Scheusule der Verstündigen!

189. sqq. Jam regen ira movet, ut a propriis Chori personis orationem ad communem sexus muliebris aversationem abducat. μήτ' iv ππειδια-ππε-πόν. Utinam nec in malis nec in prosperis rebus ullum esset mihi cum sexu muliebri commercium. Si enim rerum potitur, superbia non ferenda est, si vero timet, familia et civitati majus malum affert.

nguroïra et διίσμος nominativos absolutos esse, recte intellexit anonymus Anglus apud Burtonum. Ideoque Brunckius etiam veriorem interpunctionem adhibuit. κρατίν sic dicitur, ut nostris: oben drauf seyn; res suas prospere agere, nihit habere quod timeas. οὐχ ὁμιλητὸν Θράσος, so ist es bei ihrem Uebermuth nicht aus suhalten. διίσμος, οἴτος χαίλις πλίου κακὸν, si vero in periculis versantur, nimio timore seu domestica seu publica mala nimium quantum augent. Hic non possum, quin cum Megadoro illo Plautino exclamem:

Ut matronarum hic facta pernovit probe!

193. sqq. καὶ νῦν—πος θούμεθα. Ετ jam trepidis his vestris discursationibus exanimem civibus ignavium excitastis; resque hostium quantum fieri potest augetis; nosque adeo intus a nobis ipsis debellamur. σολίσαις cum διεβροθήσασε (MS. Guelf. legit digitient, scholio superscripto ἐνεδάλλε/ε) construendum; et incisum est τάσδι διαδρόμους φυγάς Deirai. puyai διάδρομοι, quod h. l. perquam apte pluraliter elatum est, fugam significant, quæ ut aliquis huc illuc cursitet uc trepidet facit. Sisau puyas sunt cursus instituentes, exercentes. diejio9ii, rumores serere, h. l. quia cum dativo persone et accusativo rei construitur, est tumultuose alicui aliquid in-jicere. ähuzos zánn est ignavia s. timiditas, quæ animum frangit, aut, ut ait ille, sapientiam expectorat. . 36-

Τὰ τῶν θύραθεν δ' ὡς ἄρις' ὀφέλλετε. Αύτοι δ' ύφ' αύτῶν ἔνδοθεν πορθούμεθα. Τοιαῦτα δ αν γυναιξί συνναίων έχοις. Κεί μή τις άρχης της έμης άκούσεται 'Ανής, γυνή τε χώ τι τών μεταίχμιον, Ψήφος κατ' αὐτών όλεθρία βουλεύσεται. Λευς ηρα δήμου δ' ούτι μη φύγη μόρον. Μέλει γὰς ἀνδρὶ, μη γυνή βουλευέτω

195

200

195. ἐφίλλετε] Steph. affert. e cod. lectionem ἐφίλλεται. 196. avrol 8 00' avrail avroid vir aurar Victor. 197. ของสบังส 8 ลีง] ของสบัง ลิง Ald. Mosq. 1. 198. ἀκούσεται] In hujus vocabuli locum in Rob. ma-Txois | Txus Mosq. 1. le e sequenti versu irrepsit μιταίχμιον. 199. μεταίχμιοι] Inepta est Pauwii 200. อังเมื่อเล] Steph. citat e cod. อังเมือน. ผือแห่งcorrectio per annaior. stanl. conj. βαλήσεται. Vid. Commentar. ad h. l.

ea9: apte dicuntur hostes obsidentes, et civibus urbe inclusis, reis todeden, opponuntur. wee θούμιθα graviter dictum: wir reiben uns einander selbst auf.

197. Iterum ad communem sexus muliebris reprehensionem redit. Hoc scilicet iratis hominibus proprium est, ut fervore animi abrepti, sæpius eodem, unde digressi erant, oratione revertantur. Tolavra-Tyois. Dans hat man nun davon, wenn man mit Weibern leben muss.

198. κεί μή τις ἀξχῆς τῆς ἐμῆς ἀκάeseas. zai h. l. adversative ponitur: q. d. Nun, nun, vel: aber wenn sich nur einer untersteht, meinem Befehle

nicht zu folgen. 199. avng, yorn er za er en urraiχμιον. Dubium non est, quin hæc locutio ex animi fervore, quo profertur, spectanda, neque adeo vel interpretatione nimis premenda, vel, quod Pauwius facere ausus est, correctione sollicitanda șit. Habet hoc ira, ut interdum aut hyperbolis utatur insolentioribus, aut subabsurda quædam eloquatur. Sic Eteocles, cum dicturus esset, neminem plane, qui non sit in obsequio mansurus, pœna liberum futurum, id ira incensus sic effect : seu vir, seu mulier sit, aut si enid inter utrumque intermedium. Nostri dicerent: es sey Mann oder Weib, oder wer es nur seyn mag.

200. Vñpos nær' aurar ide Beiæ Bou-Asísta. Calculus perniciosus adversus evs sententiam feret; h. c. judicio ca-

pitali suffragiis latis condemnabuntur. De more Grecorum, calculis in urnam conjectis suffragia'in comitiis et judiciis declarandi, dicere nihil necesse est; qui ritus cum vel tironibus notus sit, nec verba quicquam difficultatis habeant, mirum profecto est Stephanum hic tricari potuisse. Nec opus est Stanleiano βαλήσεται, pro βουλεύσεται. Βουλεύεσθαι κατά τινος, deliberare contra aliquem, bene dicitur de suffragiis in causa capitali; quæ antequam omnia perlata et numerata sint, deliberationem potius, quam judicium agunt. Quid quod βουλεύειν et βουλιύισθαι a propria deliberandi ad vicinam decernendi significationem facillime deflectitur.

201. λευτῆρα — φύγη (φύγοι MS. Guelf.) μόρον. Nequaquam vero publicam lapidationis pænam effugiet. Eadem pæna his verbis denuntiatur apud Sophocl. in Antigone:

άλλ' δε άν σούτων τι δεῷ

Φόνον σεροκείσθαι δημόλευσον έν πόλει. (" Hesychius λευσῆςα, Φονέα λίθοις ἀναιesovra. Supplicium frequens apud veteres Græcos. Parthenius Eroticis προυτρέψατο (Achilles) τοὺς σρατιώτας καταλεύσαι την κόρην. Dein e poëta innominato profert:

- oi pedr Trietror Πανσυδίη θαμινήσιν άξάσσοντις λιθά-

Sophocles Ajace λιθόλιυσον "Apny vocat." Stanl.)

202. μέλει γας ανδεί scil. τάζωθεν,

Τάξωθεν ένδον δ' οὖσα μη βλάβην τίθει.

"Ηκουσας, η οὐκ ήκουσας, η κωφη λέγω;
Χο. *Ω φίλον Οἰδίπε τέκος ἔδεισ' ἀκού- ςς. α'. 205

σασα τὸν ἀςματόκτυπον ὅτοβον, ὅτε

Σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτςοχοι, ἱππικῶν τ' ἀὖπνων ωηδαλίων διὰ ςόμα,

205. ἀπούσασα] εΙσαπούσασα Viteb. 206. ὅτοθον] Bis positum ὅττοθον Ald. Turn. Vict. semel ὅττοθον Rob. ὅτι] ὅτι Ald. ὅτι τε Rob. Turn. Vict. 207. σύσεργες σύσεργας Ald. 208. διὰ τόμα] Pauw. conj. διάτομα. cf. quæ diximus in Comm. ad h. l.

publica h. e. forensia et bellica negotia ad viros pertinent. μὴ γυπὶ βουλευίτω τέξωθει, mulier vero a publicarum negotiorum cura abstineat. Nempe τάξωθει nominativo casu quidem ad μίλει pertinet; tacite tamen ad βουλευίτω repetendum. Et omnino hæc verborum collatio, μίλει γὰς ἀνδεὶ, μὴ γυπὶ βουλευίτω, τάξωθει, τὰς ωθει, impetu animi concitatior est.

203. ἔνδον δ' οὖσα μὰ βλάζην τίθει, si vero domo se contineut, ac doniestica

curet, nihil damni importat.

204. ที่ขอบธตร, ที่ อบัน ที่ขอบธตร, ที่ ของตุที λίγω; In hac quoque locutione irati animi ebullitio facile agnoscitur. Nam si lentius ista diceret, non adderet # πωφη λίγω, quod quedammodo jam in altera disjunctionis parte ที่ อบัน ที่นอบสตร latere certum est. Si hic logicorum aneilia opus esset, in promtu foret rescribere a κωφη λίγω; ut non novum disjunctionis membrum, sed nova quæstio fieret. At sic inciderentur nervi orationis ira inflammatæ, quam profecto decebat hæc ita enuntiare: Audistis, an non audistis, an cum surdis loquor?

205. Tous' anousase to aquatontu-

audito. cf. v. 151.

207. ὅτι εύργγις ἴκλαγξας ὶλίτροκοι, cum modioli rotas circumagentes stridebant. εύριγξ i. q. χνόη fistula s. modiolus rotas, (die Nabe) quæ circa axem vertitur, ipsamque rotæ curvaturam, (die Felgen) quacum per radios cohæjet, circumagit.

208. sq. iππικῶν τ' ἐὐπτων πηδαλίων διὰ τόμα, πυριγενιτῶν χαλινῶν. Hic locus quonium ad sensum quidem tacilis, ad elocutionem vero subdifficilis, et fortasse leviter corruptus est, primum quomodo, si nihil eum a librariis vitii contraxisse putemus, interpretandus sit, deinde qua ratione eum emendandum esse suspicemur, explicabimus. Nimirum ut nunc legitur, genitivi โททเหล็ง ผู้บี่สาผา เทาอินไม์เอง et หยุยγενεταν χαλινών vel ab ἀπούσασα, quod Heathio videbatur, vel quod æque bene fieri posse crediderim, ab irolor reguntur. Si prius, verborum consecutio hæc est: ἀπούσασα τὸν ἀρματό-πτυπον ὅτοδον, ἀπούσασά τε πηδαλίων etc. In quo tamen, etiamsi non offendamur constructionis immutatione (quoniam audiendi verba utrumque casum, genitivum et accusativum adsumere constat) (Cl. Brunckius ipse huic sententiæ favens attulit similis constructionis exemplum ex Anacreonteis:

λυρικής άκους μούσης Φιλοπαίγμονός τε Βάκχου Έτεροπνόους έναύλους.)

ambiguitas quædam et perplexitas in collocatione verborum molesta est, propterea quod particula es post is-ซาะตั้ง inducit auditorem, ut hæc verba, quæ sequuntur, cune proxime antecedentihus σύριγγις Ικλαγξαν έλίreexos vincienda putet, quem quidem. errorem postea, cum ad postrema pervenerit, sero intellectum revocare cogitur. Talem vero verborum structuram vitiosam et incommodam esse nemo non concedit. Iisdem vero incommodis altera ratio premitur, si genitivos πηδαλίων etc. a substantivi Trofor regimine pendere dicamus, quasi poëta sic scripserit: aguaréarvas ότοδον, ότοδόν τι πηδαλίων est. Ne sic quidem huic periodo intricatæ atque

Πυριγενετάν χαλινών. Έτ. Τί οὖν, ὁ ναύτης ἆρά γ' ἐς ωρώραν Φυγων

210

209. જાપનુગાવર્જો] જાપનુગાંગલા Ald. Turn. જાપનુગામર્વેગ Rob. 210. હૈર્દ્ધ જે કેડ્ડી હૈર્દ્ધ જે કેડ Ald. Rob.

impeditæ verborum collocationis macula abstergebitur. Quare nobis ita potius videtur Æschylus scripsisse:

σύριγγις Ιαλαμζαν Ιλίσροχω Ισσιαῶν τ' ἀὐσνων σηδαλίων δια τάμια συμγενετῶν χαλινῶν.

Ausseum nimirum significarent ferream frenorum partem, quæ ipsi equorum ori inditur. Ea alias simpliciter சர்மக, alias ம்சார்மக appellantur. Luculentus est locus in Pollucis onomastico: รอบ อีโ xaxเรอบี รล ฮเอิก์ยูเล, บัสอσόμια. και των μίν ύποςομίων τὰ μίν अर्थित है X रे र र . द वे हुं सर्वाकेश्च प्रत्ये स्वानνωτά, τροχοί, τὰ δὶ τιριά καὶ προμή-κα καὶ άλλήλοις άντιμπλικόμινα ἐν ά-Listus ildu dantúlios na dánto-Hic diserte Pollux ὑσοςόμια tanquam partem a toto χαλιτή discernit. Est autem ea pars freni, quam nos die Stange appellamus. Hujus deinde tres formas enumerat Pollux, έχίνους, τροχούς et δαπτυλίους. Jam έποτόμια recte a Nostro διατόμια appellari potuisse, nemo, ut opinor, du-bitabit, etiamsi hoc vocabulum alibi non occurrat. Quod si nobis detur, omnia sacile expedientur. Sic enim primum ambiguitate constructionis plane sublata, σύειγγις et διασόμια commode per copulam es vinciuntur. Utrisque etiam bene tribuitur zaáyyur. Porro διασόμια χαλινών, ut apud Polluceni δποσόμια χαλινών. Ornatus vero poetici causa antequam proprio nomine xalivar diceret, eosdem hac metaphora descripsit เพลาหลัง ผู้ปีสาคา ซาก-ອັດໂຄນາ. II ກອັດໂຄນາ, gubernaculum, hoc loco transfertur ad frena equorum, ut omnino rem equestrem et nauticam frequenter comparant. Sic Euripidis Hippolytus, (v. 1221. ubi conf. doctiss. Valckenaer. p.295.) habenas retro trahere dicitur, ut remos nauta,

πρασό ἡνίας χιρεῖν Ελειι δὶ, κώσην δεν ναυθένης ἀνής ejusdem manus habenas dirigens appellatur ναύκλησες χείς, ν. 1224. frena νετο δίσκες, ν. 1227. plane ut a Nostro ສາກວິສິລເສ nominantur. Quod autem Æschylus addidit iggizar, id perspicuitatis causa fecit, ut statim auditorem moneret, non de gubernaculis proprie sic dictis, sed de equestribus capiendum esse vocabulum. ornate pro frenis, quæ semper moventur, modo attrahuntur, modo laxantur-TUPIYETET VETO XELIVET, Ut TORIE TUeigem apud Euripidem. Hippol. v. 1223. Jam universum hunc locum ita Germanice quidem reddi velim: O theurer Sohn des Œdipus, ich erschrak über der Streitwagen krachendes Getöse, denn es klirrten die radumwälzenden Naben, es klirrten die Stangen der rastlos die Rossesteuernden feuergeschmiedeten Zügel. Cujus quidem emendationis veritas hoc etiam argumento evincitur, quod hoc modo άξματόχτυπος. ὅτο-Cos generalis imaginis instar est, quæ deinde in duas quasi formas dissolvitur. apparéntures éroses enim partim a stridore rotarum, partim a stridore frenorum (der eisernen Stangen im Gebiss der Pferde) oriebatur. Pauwiana emendatio διάτομα, ori inhærentia, difficultatem non tollit. Si quis vero dia róum pertinacius defendat, ei auctor sim, ut saltem ita rescribat :

irannos τ' άπανων απδαλίων διὰ τόμα. Ita enim et genitivorum nimis hic frequenter concurrentium numerus minuatur, et διὰ τόμα epitheto suo definiatur, et omnino tota dictio propius ad similitudinem versiculi v. 122. accedat, ubi διάδισοι γινόων Ισανίων χαλικοί οςcurrebant. διὰ τόμα vero pro is τόμανι, ut v. 51. et ἰσανικό τόμα, ut ἰσανικό πλεύμονης v. 61.

210. τ΄ οῦς, ὁ ναύτης. Commode hoc poëta instituit, ut Eteocles occasione translationis e re nautica petita, qua inerat in vocabulo πηδαλίως, aliam arripiat haustam ex codem fonta comparationem. Sensus: Quid ergo t Num nauta, cum navis fluotibus laborat, hac in re salutis præsidium inveniat, ut e puppi, ubi gubernacula potius regere debebat, in proram confugiat, deorum

Πρύμνηθεν, εὖςε μηχανήν σωτηςίας, Νεώς καμούσης σοντίω σεὸς κύματι;

Χο. 'Αλλ' επὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον ἀρ- ἀντ. α'.

χαῖα βρέτη, πίσυνος θεοῖς, νιφάδος ὅτ' ὀλοᾶς νιφομένας βρόμος ἐν πύλαις, δὴ τότ' 215
"Ηρθην φόδω πρὸς μακάρων λιτὰς, πόλεως
"Ιν' ὑπερέχοιεν ἀλκάν.

Έτ. Πύργων ζέγειν εύχεσθε σολέμιον δόςυ;

Χο. Οὐκοῦν τάδ έςαι πρὸς θεών.

Έτ. 'Αλλ' οὖν θεοὺς

Τούς της άλούσης σόλεος έκλείπειν λόγος.

212. Ψρὸς κύματι] ὶν κύματι Viteb. ex interpretatione ortum. 215. ὁλοῶς νιφόμινας] Ita Codd. Regg. ὁλοὰς νιφομίνης Ald. Rob. ὁλοᾶς νιφομίνης Turn. Vict. 218. είγιν] είγγιν Mosq. 2. Ψολίμιον] Sic cod. Regg. Mosq. 1. Ψολιμίων Ald. 219. ἀλλ' οδν] ἀλλ' ὄχκα Rob.

scilicet simulacra ibi veneraturus? Nimirum in prora navium erat waeaenger, quod ubi dei cujusdam figuram referebat, a nautis adorabatur. Romani tutelam quæ in puppi erat, ab insigni, quod in prora poni solebat, discernebant. Hoc discrimen Græci ignorant. (Optime post Salmasium ad Solin. p. 403. et Schefferum de militia navali iii. 1. p. 372. sqq. hanc causam tractavit doctiss. Enschede, in diss. de tutelis et insignibus navium, cujus summam dabimus in lexic. Æschyleo voc. Πρώρα.) Pluribus ad intelligendum h. l. præsertim cum sua se ipsum luce collustret, opus non est ; nec Stanleii longam de ea re disputationem, præsertim cum multa, quæ ab h. I. aliena sunt, continent, hic ut exscriberem a me impetrare potui.

213. sqq. 'All'-dladv. At nos deorum numine fretæ ad eorum antiqua simulacra accurrimus, cum perniciosæ tempestatis ingruentis strepitus in portis oriretur, tum igitur metu conversæ sumus ad supplicationem, rogatura deos, ut hanc urbem auxilio suo protegant. Magna in horum verborum ordine ac delectu animorum perturbatio, magna quoque in hac deorum mentione ter injecta, ini duimoron-mio uvos 9 sois-meds μακά εων λιτάς, mulierum religio cernitur. "pas proprie nix confertim cadens, Schneegestöber, h. l. transfertur ad saxorum multitudinem, quibus

turres et pinnæ murorum ab hostibus percutiebantur; i. q. supra proprio vocabulo $\lambda \omega \partial \omega_i$ enuntiatum reperimus v. 159.

218. πύργων σίγειν εθχεσθε στελίμιο Sopu; Interrogative hæc enuntiata significant: Quid? num optatis ut turres nostræ hostium arma et impetum sustineant? Tumque Chorus affirmative respondet : อบิวอบิร ชน์อี รัฐสม สอุอิร 3เตร. Utique ergo hac penes deos erunt. Fortasse tamen rectius fuerit, post sie puncto, post Sees vero interrogandi signo distinguere; ita ut Eteocles hoc dicat : At vos potius precamini, ut turres hostium impetum sustineant. Nempe, ut euzeode imperativus sit, q. d. Quid aitis? Vos deos rogare, ut ipsi urbem defendant? Quin potius precamini, ut turres nostræ satis firmæ ac validæ sint ad propulsandum hostium impetum? tumque Chorus respondeat: Nonne igitur hæc penes deos sunt? siyun walimier dogo vel est sustinere, vel propulsa-

re, i. q. ἀποςίγων v. 236.
219, 220. ἀλλ' οῦν—λόγος, atqui vero deos ferunt capta urbe excedere! Sed h. l. me parum delectat articulus rois ad sequentis versiculi initium rejectus. Quid? si putemus Æschylum scripsisse:

άλλ' οὖν Θιοὺς φὐτοὺς άλούσης πόλιος ἐπλιίπιν λέγος, ut hæc sit regis sententia: Aigui dess

· 50. B'.

Μήποτ' έμον κατ' αλώνα λίποι θεών Xo. Αδε σανήγυρις, μηδ' εἰσίδοιμι τάνδ' 'Αςυδρομουμέναν σόλιν, και ςράτευμ' 'Απτόμενον συρί δαίφ.

Έτ. Μή μοι θεούς καλοῦσα βουλεύου κακώς Πειθαρχία γάρ έςι της εὐπραξίας

225

222. sieidana] inidana Ald. Turn. Vict. sieidana reposuit Brunck. ut metrum antithetico conveniret. Ita v. 222. et 229. sunt asynarteti ex dochmaico et dimetro iamb. brachyc. 223. ຂ້ານຮ້ອນພວນແຄ່ງ ຂ້ານຮ້ອນແຄ່ນນາ vitiose Ald. 225. zazas] deilas Mosq. 2. ασυδεομουμίνην Turn.

ipsos ajunt capta urbe excedere; vel, ut idem latius declaremus: Vos quidem hec a dis pendere dicitis, at nisi cavetis, ne tumultu vestro ac trepidatione cires ad defendendam urbem languescant, vestræ sane preces nihil profuerint; captam enim urbem ipsos quoque deos deserere ferunt. Notum est veterum commentum, Troja expugnata visos esse deos simulacra sua auferentes. Cf. Schol. ad h. l. Stanleius ad partes vocavit Euripid. Troad. ubi Neptunus ait:

Λείσω τὸ αλεινὸν "Ιλιον, βωμούς τ' έpeoùs,

*Ερημία γὰρ πόλιν έταν λάβη κακή, Νοσεϊ τὰ τῶν Θεῶν, οὐδὶ τιμᾶσθαι θέ-

item Virgil. Æn. ii.

Excessere omnes adytis, arisque relictis

Di, quibus imperium hoc steterat.

221. sq. Mhart - warnyueis, Ne unuam mea ætate hæc deorum societas urbem deserat. Di dicitur, quia in conspectu erant deorum simulacra.

222. sqq. μηδ εἰσίδοιμι—ἀπτόμενον πυρί δαϊφ. Vulgo participium ἀσυδρομαmirn vertitur percursam, et in indice Burtoniano denotare dicitur urbis statum, quando trepidant et circumcursitant cives. Quod h.l. tamen admitti nequit, quia sic incommodus oriretur pleonasmus. &sudeousitas wolis igitur hoc potius significat: ad arcem urbis fit hostium concursus atque oppugnatio. Ne umquam, Chorus inqui, videam arcem urbis ab hostibus oppugnari. Nisi forte &τυδρομείν πόλιν simpliciter sic dicitur ut πολιοςκείν πόλιν. καὶ τράτευμ' άπ-Tousvor Tugi data Stanleius vertit : et castra accensa igne hostili? At redrivea an unquam cartra significet, dubito; et si id fieri posse concedam, tamen ab hoc loco alienum est. Castra enim non erant obsessorum civium, sed hostium potius urbem cingentium. Itaque seársopa de cxercitu hostili intelligendum et άπτόμενον สบคู่ data est aggredientem s. grassm-tem infesto igne. Si quis tamen ฉัสชังmeror passivo sensu pro incensum accipere maluerit, non equidem valde repugnabo, modo idem σεάπευμα aut milites Thebanorum aut omnem omnino populum Thebanum significare statuat; sicut alibi seuris de populo dicitur. Quamquam si quis hanc rationem initurus sit, auctor ei fuerim, ut vulgatæ ἀπτόμενον præferat lectionem a Scholiasta memoratam, satis ut opinor antiquam, τυφόμενον. id enim h. l., ubi non de ædificiis, sed de vivis hominibus sermo est, aptius fuerit. Cf. lexic. Æschyl. voc. Τύφω. Germanice h. l, ita convertere liceat: und o dass ich nie die Veste dieser Studt gestürmet, nie ihr Volk von des feindlichen Feuers Rauchdampf geängstigt sühe!

225. µń µoi-xaxãs. Vide ne deos invocando male nobis consulas; h. e. non omnino quidem deorum venerationem improbo, at cave ne nimium precibus et lamentationi indulgens in timorem milites nostros conjicias, adroque temere atque inconsulto civitatem perdas. Cf. v. 238.

226, 227. xudaexía yáe ist ris tiπραξίας μήτης, γυνή, σωτήρος. Ante Brunckium V. D. jam Abreschius viderat, surnços non substantivi sed adjectivi loco positum et cum songa-Eias construentum esse. quis cum Stanleio structura masculini

Μήτης, γυνή, σωτήξος δδ έχει λόγος. *Εςι. Δεοίς δ' έτ' ίσχύς καθυπερτέςα. Xo. Πολλάκι δ' έν κακοίσι τὰν ἀμήγανον Έχ γαλεπας δύας υπερθ' όμματων

åντ. Β'.

230

227. yorn, swenges] yorn swenges, Turn. Vict. Stanl. conj. swenges. Sed optime h.l. interpunxit Brunck. præeunte cod. Reg. B. ut yurn sit vocativus, et ad chorum pertineat; survies autem enallage generis non infrequenti cum sureixus

228. [r.] Nullum distinctionis signum Ald. Turn. 3 [r] 3 ir Turn. di e' Vict. 229. 727] Canter sine causa idonea conj. 727, quod legitur ap. Marcellin. de vita Thucyd. ubi h. l. citat; et ab Heathio probatur. Pro παποίει in Mosq. 2. est παποίειο. 230. ἐκ χαλισᾶς] πάπ χαλισᾶς Rob. Viteb. Suspicor poëtam scripsisse wαγχαλισᾶς. ὅστες ἡ Heathius ex Mar-

cellino l. l. legendum censet base 7'.

σωτήρος cum feminino εὐπραξίας offendatur, ideoque surnes substituendum censeat, multa locorum exempla in medium protulit, in quibus non modo masculina, sed et sequioris sexus nomina adjectivorum instar adjunguntur cujuscunque generis substantivis. Æschyl. Pers. 943. πόλιως γίνας πιν-9πτῆρος, et Eumen. v. 186. δίκαι καgarnenges. Agam. v. 675. et Soph. Ed. Tyr. v. 80. τύχη σωτής. Idem in Antig. v. 1086. λωθητήςει 'Ερίννυις. Adde ex hujus, in qua versamur, tragodiæ v. 128. παιδολίτως "Epis. Satis igitur declaravit Abreschius, σωτήeos cum sir englas bene coire. Non tamen æque bene difficultatem in vocabulo yuvi latentem expedivit. Primus autem omnium Brunckius vidit, non nominativum sed vocativum esse, et ad Chorum pertinere; hoc nimirum verborum ordine: สนา และหา้อ γάς, δ γυνή, έςὶ μήτης τῆς σωτῆρος εὐweakins. Ut enim Chorus ipse de se loquens, plerumque singulari numero utitur, sic h. l. eum Eteocles tanquam singularem personam compellat. mile exemplum V. D. excitavit e Sophocl. Œdip. Tyr. v. 1111. ubi Chòrum compellans (Edipus vocativo rei-•60 utitur, quod librariis et editoribus parum intellectum diversimode vexatum fait. Ad sententiam vero idem post alios opportune comparari jussit Sophocleum illud Antig. v. 672. sqq.

'Αναρχίας γὰρ μείζον οὐκ ἔςτν κακόν. Αὐτη πόλεις τ' ὅλλυσιν, ἦδ΄ ἀναςάτους Οἴκους τίθησιν· ἥδε σὺν μάχη δορὸς Teoras zarajónyvvei. var d' de Souprivate

Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ή πειθας-

zín. 227. So Izu Lóyos, habes meam sententiam, s. hoc igitur tibi dictum sit.

228. 151 scil. 211. Repetit enim Chorus affirmandi causa illud isi in Eteoclis verbis wudaezia yág isi etc. Quæ quidem interpunctio hic unice vera est; quamquam Aldinæ editionis ratio isi Star d' ir lexès nadurterien sensu non caret.

Stois & It' is xus na Surteriea. Quamquam tibi concedimus, obedientiam erga magistratum prosperitatis matrem esse, deorum tamen vis ac potentia multo superior est.

229. sqq. xollázo-ighor. Pulcherrimam allegoriam sic intelligo: Ac sape in malis rebus deorum potentia nubem oculis impendentem, gravi calamitate incluctabilim erigit.

Quam ornate igitur extulit id, quod propriis verbis sic dicendum fuisset: Deorum potentia sæpenumero gravissimam calamitatem, que proxime jam instabat et urgebat, avertit. aunxaves in χαλιπας δύας νιφίλα, nubes tanto tamque difficili calamitatis onere ac pondere premens, ut viribus humanis nec dirigi, nec averti possit. Qui illud in xalsπας δύας, quod cum ἀμήχανον construere debebant ad sequens participium zenμναμέναν traxerunt, hi quid allegoriæ veritas postularet, non viderunt; fefellit autem eos, quod in præpositionem hic locum denotare existimaverunt, quæ potius causam designut; et αμήχανος έκ χαλεπας δύας est nubes, que propter difficilem qua oneratur calamitatem depelli non potest. ie 90,

Κρημυαμέναν νεφέλαν δρθοῖ. Έτ. 'Ανδρών τάδ' ἐςὶ, σφάγια καὶ χρης ήρια Θεοῖσιν ἔρδειν, πολεμίων πειρωμένων

Σὸν δ' αὖ τὸ σιγᾶν, καὶ μένειν ἔσω δόμων.

Χο. Διὰ θεών σόλιν νεμόμεθ ἀδάμαςον 5ς. γ΄. 235 Δυσμενέων δ' δχλον σύςγος ἀπος έγει. Τίς τάδε νέμεσις ςυγεῖ;

Έτ. Οὖτι φθονῶ σοι δαιμόνων τιμᾶν γένος ᾿Αλλ' ὡς ϖολίτας μὴ κακοσπλάγχνους τιθῆς, Ἔκηλος ἴσθι, μηδ' ἄγαν ὑπερφοδοῦ.

Χο. Ποταίνιον κλύουσα σάταγον άμα ἀντ. γ΄. Ταρδοσύνω φόδω τάνδ' ἐς ἀκρόπολιν,

. 232. 167] ἔχει Rob. 234. ἔσω] εἴσω Rob. Vict. ἔσω dedit Brunck. e codd. Regg. cf. not. ad Prometh. v. 478. sic et Mosq. 1. 236. ἀποτίγει Δαστίγει Mosq. 2. 237. τίς τάδι στι στάδι σπιπες ante Brunckinm, qui, ut versus antistrophico responderet, Heathio monente rescripsit τίς τάδι. 240. ἔπλος] εἴπλος Ald. Rob. Turn. 241. πλόνυσε χεύωνε Rob. Η των versum ita emendat Heath. ut metrum antithetico respondent: πετάνει πλόνωσε γε πάταγον ἄμα. 242. τάκδ] σύνδ Ald. In Mosq. 2. legitur: τάκδ ἰς σπο-

Figit, summovet nubem in colum, quæ antea oculis quam proxime impendebat, præsentemque tempestatem minabatur, ne quid porro ex-timescendum sit. Germanice sic eloquamur sententiam: Dennoch ist · der Götter Macht noch weit erhabner; und oft lichtet sie im Unglück die mit schwerer Drangsal unwiderstehlich herabdrückende dicht über unsern Augen schwebende Wolke. Jam mihi videat aliquis, an non Canteri conjectura, qua τὸν ἀμάχανον pro τὰν ἀμάχανον Legendum censebat, hujus loci eleganfiam prorsus corrumpat. Atqui ea patronum nacta est Heathium, metrorum illum quidem satis peritum, at a venustatis poëticæ sensu judicioque parum instructum, qui sic istos interpretatur versiculos: Deorum potentia eepe in malis hominem consilii inopem et impotentem e difficili calamitate erigit, nubemque super oculos impendentem tol-

232. sqq. adjar—tou douar. Virorum est curare, ut diis hostice et sacrificia rite offerantur, hostibus incursionem tentantibus; vestrum vero est silere, ac domi vos continere.

235. sqq. die Sien-suyai; Deorum beneficio urbem nostram adhuc invictam servamis, e. incoliinus, hostiunque turbam turres nostræ propulsant; quænam igitur est invidiosa illa obtrectatio, quæ hanc nostram deorum reverentiam culpet, aut oderit? ræði non ad proxime præcedentia, sed omnino ad Chori meticulosam religionem pertinet, quamei Eteocles vitio verterat.

238. sqq. over-versepesso. Non equidem vobis invideo aut prohibeo, ne deos colatis, at ne timidos mihi reddatis cives, quiescite, nec ultra modum nimis metuite.

241. sqq. worning-inquis. Recenti strepitu audito trepidi timoris plenie hunc in arcem, venerandam sedem, confugimus. His verbis mulierculm veram tragodiæ scenam diserte declarant; in arce enim urbis Cadmea, edito igitur loco, se jam versari significant, quod si attendisset Portus, non in turri vel muris Chorum constitisse opinatus esset. víμιον Τδος propter antiquitatem arcis Cadmeæ, et propter tempolorum sancitatem.

Τίμιον έδος, ἰκόμαν.

Έτ. Μή νῦν, ἐὰν θνήσκοντας ή τετρωμένους Πύθησθε, κωκυτοϊσιν άρπαλίζετε.

Τούτω γάρ Αρης βόσκεται Φόνω βροτών. Χο. Καλ μην ακούω γ' ιππικών Φρυαγμάτων.

Έτ. Μή νῦν ἀκούουσ' ἐμφανῶς ἄκου' ἄγαν.

Χο. Στένει ωόλισμα δήθεν, ώς κυκλουμένων.

wier v. s. isium. Versus 241, 242. paulo audacius ita emendandos esse conjicit Brunck. ut strophico suo v. 241. metrum respondeat:

Πρόσφατον αλύουσ' ότοδον άμα φόδφ Ταρδοσύνφ ποδί τάνδ' ἐς ἀπρόπολιν

vel intacto secundo versu primum ita restitui posse opinatur:

Πρόσφατον πλύους ότοξον άρτίως.

244. στοςωμένους] στοςαμμένους Viteb. 245. άρσαλίζετι] άρσαλίζετι Ald. 246. φόνψ] φόδψ Ald. Victor. Cur φόνψ prætulerimus, expositimus in com-

mentar, ad h. v. 249. \$69:0] ya9:0 Ald. Rob. sundeupiner] sundeupiner sic Mosq. 1.

244. sq. ph vir heraliters. No. lite igitur, si forte occubuisse quosdam aut vulneratos esse resciveritis, cos lamentationibus excipere. zazvreien derali-Ters Schol. B'. exponit Denves semars, ad sensum quidem satis bene, ne cum lesso et lamentatione discurrite; veruntamen, an certa satis sit intransitiva verbi ἀςσαλίζων, quod raro occurrit, significatio, mihi non constat. Active certe, pro auferre ponitur Eumenid. v. 986. et Hesychius agranizana interpr. asuirus dixouus. Unde conficio ante zazoreion agradiçere subintelligendum esse avreus, quod ad Sen. exercas à rerempisous pertineat; Eteoclemque monere, ne Chorus, si forte audierit aliquos vel mortuos vel saucios e prælio efferri, lamentatione cos excipiat vel prosequatur. Ceterum Scholiastes in Cod. Guelf. άρπαλίζετε interpretatur ταςαχάν και δόςυδον ποι-ÑTL.

246. τούτφ γὰς "Αςτις βόσκιται φότφ βοσαίνα. Utra harum lectionum, φότφ am φόξφ, verior sit, haud adeo proclive est decernere. Si φόξφ legas, sensus etit: Tali enim timore ac trepidatione hominum pascitur Mars, i. e. augetur belli discriment, quæ sententia regis consilio sat bene responderet. Sin φότφ teneas, hos dicht Recockes: Tali

enim hominum cade ac sanguine Mars delectatur; ut vernaculo sermone aliquis diceret: Und wenn thr von Todten und Verwundeten höret, so erhebt niur kein Jammergeschrey. Defin im. Kriege ists nun einnal nicht anders. Blutvergiessen und Metzeln ist des Kriegesgottes Lust.

247. zei pir-Pevaypárar. Enim-

249. siste—xundoppisos. At nimirum tota urbs gemit utpote hostibus cam obsidentibus. In xundoppisos facile suppletur xolipios. Anonymus Anglus sp. Burtonum hanc sententiam its interpungendam existimat:

fine wédupa, dader de zuzdespl-

e quo ille hunc sensum elicit: Gemit unbs, s. per urbem fit tumultus, quesi

Έτ. Ο υκουν εμ' άρκει τωνδε βουλεύειν ωέςι;

Χο. Δέδοικ, άραγμος ἐν σύλαις ὀφέλλεται.

Έτ. Ού σίγα; μηδέν τωνδ έρείς κατά ωτόλιν.

Χο. 'Ω ξυντέλεια, μή σορδώς συργώματα.

Ετ. Οὐκ ἐς Φθόρον σιγῶσ' ἀνασχήση τάδε;

250. οῦκουτ ἐρκεῖ :] οὐκοῦτ ἀρκεῖ. Ald. 251. ἀραγμὸς] ἀραγμὸς δ Ald-Rob. particulam à sustulit Brunck., utpote h. l. inertem. 252. οὐ σῖγα :] οὐ, σίγα Ald. Rob. 253. ξυντίλια [ξυγγίνια Rob. 254. ἀνασχύση] ἀνασχύσι Mosq. 1-

quidem ii qui eam obsident,—ut sit apoziopesis. Recte vero vulgarem distinctionem tuetur Burgessius V. D.
339ss vero h. l. significat nimirum, videlicet. Si Anonymi illius interpunctio valeret, dicerem dissi dis positum
esse pro dis dissis, et exponerem: Gemit urbs, quippe quam scilicet jamjam
obsidebunt hostes; vel: quasi enm jam
hostes obsideant. Sic enim pro quasi
cum participio ponitur dissis, v. c. Eurip. Orest. 1320. Pro zundougisms
vero Burgessius mavult nundouverse.
Supra tamen etiam nundouverse active

250. sonsur-wie: Nonne igitur

251. Tota hæc diverbii pars a v. 247-260. admirabiliter fervet Chori timentis et Regis hunc timorem increpantis concertatione. Itaque præmetu Chorus id quod Eteocles dicit audire non videtur, nec ad ejus dicta respondet, sed potius suum ipsius augorem prodit.

didan'-οφίλλεται. Metuo: strepi-

sus in portis augetur.

252. οὐ σῖγα; In MS. Guelf. est: Oὐ. σίγα. cum scholio superscripto: οὐδαμῶς. σίνακ. q. d. Eteocles: Non est verum quod dicis. Tace. Verum hæc. interpuactio cum alias incommoda est, tum propter metrum prorsus aliena. Imperativus enim σίγα longam habet ultimam syllabam, qua hic brevi opus est. οὐ σῖγα; non tu tacite scilid habebis? Sic Eurip. Herc. Fur. v. 1042. οὐ σῖγα, σῖγα; et absque ellipsi Sophocl. Ajac. v. 75. οὐ σῖγ ἀνίξη; quæ quidem loca Abreschius laudavit.

253. & gurilsia, un medes rueyúpara, 6 deorum societas, noli prodere parres, h. e. noli committere ut urbs nostra ab hostibus expugnetur. ξυντίλεια ut v. 222. ωανήγυριε θεῶν. Quod hic petit Chorus, μὴ προδῷς συργώμα]α, id supra v. 171. plenius ita elocutus erat: πόλιν δορίπονον μὴ προδῶΥ 'ενερ-

Púra seasã. 254 our is placer signe anasynen சுல்: " Locutio, que hic locum habet, viros doctos fefellit, neque enim sus is phogen significat num tibi mors erit, uti Stanleius vertit, quamquam in annotationibus meliora docuit; neque rade cum is poses conjungendum (quod nescio quomodo in mentem venit Anonymo Anglo), ut significet que nobis fraudi sunt, quas interpretationes satis refellunt observationes Spanhemii ad Callimach. Hymn, in Apoll. v. 113. Bergleri ad Aristoph. Plut. v. 394. et ad Alciphr. l. i. ep. 17. virerum doctorum, explicantium formulas Spanhemius igitur ceteris rectius Nostrum interpretatur: nen in malam rem abiens tacita hæc tolerabis? Sed neque sic etiam res penitus conficitur. Tade non avaczách sed ciyac sensu sequitur, quod signed ex disσχήση pendet. ἀνασχήση σιγώσα τάδι. avixie Sai vero participium pro infinitivo sæpius adsciscere notissimum est. vid. Valckenaer ad Phæn. Eurip. p. 206. His constitutis Æschylum interpretarj malim : Nonne, perdita, de his tucere sustinebis? sive ad sententiam plenius ac disertius: Nonne perdita tibi temperabis, quo minus hac in vulgus spargas? Ceterum Sophoclis Œd. Tyr. versus 1156. a Spanhemio etiam citatus interpretationis instar est:

Oux, 115 δλιθεον, οὐ σιωσήσεις έση ε ubi interrogationis signum, quod vulgo post δλοθερε ponitur, tollendum ca." Χο. Θεοί σολίται, μή με δουλείας τυχείν.

Έτ. Αὐτὴ σὺ δουλοῖς καί με καὶ πᾶσαν τοίλιν.

Χο. ΤΩ σταγκρατές Ζεῦ τρέψον εἰς ἐχθροὺς βέλος.

Έτ. 🗘 Ζεῦ, γυναικών οίον ὧπασας γένος.

Χο. Μοχθηρον, ώσπερ άνδρας ών άλω ωόλις.

Έτ. Παλινςομεῖς αὖ, θιγγάνουσ' ἀγαλμάτων;

Χο. 'Αψυχία γαε γλώσσαν άξπάζει φόβος.

256. καί μι] ἰμὶ Ald. Rob. κάμὶ Mosq. 1. Viteb. ἰμὶ καὶ omisso priori καὶ Mosq. 2.

259. ἄνδρας] ἄνδρις Ald. Turn. codd. Regg. ἀλῶ] Heath. conj. lάλω præter necessitatem.

260. καλοτοριίς] κάλοι τομιίς Ald. Minime lála præter necessitatem. audiendus Pauwius, cuid mentem venit wider risus. 261. ἀψυχίφ] ἀψυχίς Ald.

Hactenus Burgessius V. D. quicum plane consentio, nisi quod is \$9600 latine melius redditur nota illa irascentis interjectione malum. Nunquamne vos, malum, de istis tacere sustinebitis? Germani hanc formam pressius imi-tantur: Aber, zum Henker, könnt ihr nicht davon stillschweigen?

255. Seel Modital, un pe doudelas ອນຂະເຂົ້າ, elliptica ratio, supplendum enim Διλήσητε vel simile. πολίται iidem qui supra v. 69. wolievouxoi. O dii urbis præsides, nolite committere, ut

in servitutem incidamus.

256. auth - πόλιν. Imo vos ipsæ me et omnem civitatem in servitutem conjicietis. cf. v. 193. sqq.

257. I waynearis - Bilos. O Jupiter omnipotens, in hostes converte telum. Apte βίλος de fulmine intelligi potest.

376. στουδή δὶ καὶ τοῦδ οὐκ ἀπαρτίζει πόδα. Sallierius (ad Mærin p. 82. ed. Pierson) vertit: Sed illius festinaţio non sini ig radum absolvere; (Pauwius veroa aŭn ἀπαρτίζει πόδα sic interpretatu: facit ut pes sibi non sit αqualis; quia in festinatione gressus pares non sint.

At hæc interpretatio eodem incommodo premitur. Stauleiaua autem versio: Festinatio vero ejus non moratur gradum, quomodo e Græcis effici possit, non intelligo.) quæ quidem versio, cum per se parum commoda est, tum particula zai, quam neglexit Sallierius, plane convincitur. Hæc enim significat idem h.l. de Eteocle dici, quod alter Semichorus de nuntio prædicaverat. Nempe nihil aliud sensus postulat, quam Eteoclem ipsum quoque festinare. Cui cum aperte contrarium sit oir àraerilu rior àraerilu est, legendum esse

πόδα,
(In Guelf, legitur: στουδε δι και σωδ ου καταρτίζει πόδα. Vulgata tamen in glossa marginali commemoratur.) et

hujns igitur pedem festinatio audiendi studio commota accelerat. sin et sin sepe a librariis permutata sunt. derag-riçu, proprie perficit, perfectum reddit, h. l. ad pedes translatum, est accelerat, celerius movet.

IN SCENAM VI.

v. 377-678.

Sequitur longissima dramatis scena, que maximam quidem partem in narratione ac descriptione versatur, non tamen omnino motu et actione caret; siquidem singulis nuntii relationibus Eteocles commovetur, ut septenis hostium ducibus septenos portarum propugnatores designet. A notatione morum vero et sententiarum gravitate magnopere laudanda est hæc pars fabulæ, etiamsi longiusculæ insignium,

"Ως τ' ἐν' σύλαις ἕκαςος εἴληχεν σάλον. Τυδεύς μεν ήδη ωρός ωύλαισι Προιτίσι Βρέμει σόρον δ' Ισμηνον ούκ έξ σεράν Ο μάντις. Οὐ γὰρ σφάγια γίνεται καλά. Τυδεύς δε μαργών, και μάχης λελιμμένος,

380

378. είληχεν ακάλον] είληχε κλήφον Ald. quod glossam sapit. είληχε κάλου Mosq. 1. είληχε πάλμ Mosq. 2. et supra gl. επληρώθη πλήρφ.

quibus hostium duces in clypeis uterentur, descriptiones magis ad illius, quam ad nostræ ætatis sensum revocentur necesse sit, siquidem eas excusare, aut adeo probare lectoribus velis. Ad nostrum enim populum certe fri-

gerent.

377. sq. λίγοιμ' αν-πάλον. (πάλου etiam est in Ask. C. πάλφ in Guelf.) Re diligenter explorata narrare possum, quæ sit hostilis exercitus constitutio, et quam quisque ducum portam sor-titus sit. In hac portarum designatione non omnino cum Æschylo consentiunt Euripides in Phonissis, et Apollodorus in Bibliotheca, quorum

dissensum post suo loco notabimus. 379. Τυδιύς. Euripides Tydeum Homoloidi, (Phæniss. v. 1130.) Apollodorus Crenidi (Bibl. lib. iii. p. 154.) portæ admovet; Prætidi autem uterque Amphiaraum. Sed nimirum in ipsis portarum Thebanarum nominibus auctores dissentiunt. Æschylus enim portas nominat 1. Prætidas, 2. Electras, 3. Neïtas, 4. Oncæas, 5. Borrheas, 6. Homoloidas, 7. Hebdomas s. septimas. Euripides vero, quamquam alio ordine, 1. Prætidas, 2. Electras, 3, Neïtas, 4. Crenæas, 5. Ogygias, 6. Homoloidas, 7. Hebdomas appellat. Pausaniæ vero memorantur 1. Prætides, 2. Electræ s. Electrides, 3. Neïtæ s. Neïtides, 4. Crenææ, 5. Ogygiæ, 6. Homoloïdes, 7. Hypsistæ. Statius eas his nominibus recenset: 1. Prætides, 2. Electræ, 3. Neïtæ, 4. Dîrcææ, 5. Ogygiæ, 6. Homoloides, 7. Hypsistæ. At in alia omnia abit Hyginus, (Mythol. c. 69.) qui portas Thebarum ab Amphione septem filiarum nomine distinctas fuisse perhibet, quarum nomina fuerint Thera, Cleodoxe, Astynome, Asticratia, Chias, Ogygia, Chloris.

379-381. Tudiùs-nalá. Tydeus

quidem jam fremens ad Prætiden portam tendit; non tamen eum vates (Amphiaraus) Ismeni vada transire sinit, quia scilicet hostiæ non favent.

382. sq. Tudiùs di maeyav-Bog. Tydeus autem furens et pugnæ cupidus, sicut draco meridianis caloribus excitus, cla-Nimirum genus est serpentum, quod æstivis potissimum caloribus, et maxime quidem circa meridiem, sævit. Luculentus est Virgilii locus, qui hanc Æschyli comparationem præclare illustrat, Georg. iii. 425.

Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,

Squamea convolvens sublato pectore

Atque notis longam maculosus grandibus alvum:

Qui, dum amnes ulli rumpuntur fon-

tibus, et dum Vere madent udo terræ et pluviali-

bus Austris, Stagna colit, ripisque habitans, hio piscibus atram

Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet.

Postquam exustr. palus, terræque ardore dehiscunt,

Exsilit in siccum, et flammantia lumina torquens

Sævit agris, asperque siti, atque exterritus æstu.

ubi recte monet doctissimus Heynius, exterritum idem esse ac furentem, insanum (μαργώντα). Idem apte laudat Nicandr. Theriac. v. 371. Lucem quoque Æschyli loco, in quo versamur, ista Statii descriptio affundit (Thebaid. v. 505. sqq.):

Interea campis, nemoris sacer horror Achæi,

Terrigena erigitur serpens, tractuque

Immanem sese vehit, ne post terga relinquit.

Μεσημβριναίς κλαγγαίσιν ώς δράκων, βοά. Θένει δ' ονείδει μάντιν 'Οϊκλείδην σοφον, Σαίνειν μόρον τε καὶ μάχην άψυχία. Τοιαῦτ' ἀϋτῶν, τρεῖς κατασκίους λόφους Σείει, κράνους χαίτωμ', ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ Χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες Φόδον *Εχει δ' ὑπέρφρον σῆμ' ἐπ' ἀσπίδος τόδε,

385

384. 9ini] Birit Ald. Jiini Rob. Mosag. Brital bridilu Mosa. 2. 386. éÿ-รณีท | สมัรณ์ท vitiose Ald.

Livida fax oculis: tumidi stat in ore veneni

Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci

Dentis, et auratæ crudelis gloria frontis

Prominet. Inachio sanctum dixere tonanti

Agricolæ, cui cura loci, et silvestri-

Pauper honos. Nunc ille dei circumdare templa

Orbe vago labens, miseræ nunc rohora silvæ

Atterit, et vastas tenuat amplexibus

Sæpe super fluvios geminæ jacet aggere ripæ

Continuus, squamisque incisus adastuat amnis.

Sed nunc Ogygii jussis quando omnis anhelat

Terra dei, trepidæque latent in pulvere Nymphæ,

Savior anfractu laterum sinuosa retorquens

Terga solo, siccique nocens furit igne veneni.

Stagna per arentesque lacus fontes-

que repressos Volvitur, et vacuis fluviorum in val-

libus errat : Incertusque sui liquidum nunc aëra

lambit, Ore supinato, nunc arva gementia radens,

Pronus adhæret humo, si quid viridantia sudent

Gramina; percussæ calidis afflatibus herbæ

Quæ tulit ora cadunt, moriturque ad sibila campus.

His igitur collatis clarius patet Aschylum furorem Tydei cum serpentis sævitia, illius clamorem cum hujus sibilo, illius pugnæ aviditatem cum hujus siti comparare, quamquam diserte sibilum tantummodo serpantis cum clamore viri contulit.

384. sq. Sirei-afuxia. Pungit autem vatem sapientem Viclei filium hoc probro, criminans scil. eum tantum ignaviæ causa mortem et pugnam devitare. caimi, quod proprie adulantium canum est, qui sæpe verbera a domino sibi intentata blanditiis evitare student, h. l. pulchre transfertur ad eos, qui callido quodam prætextu prælii aut mortis periculum effugere cupiunt. Cf. v. 706. et Agam. v. 1674.

386. sq. Tuavr' au Tus - xairup. Talia vociferans tres umbrosas cristas, galeæ jubam, quatit. Stanleius comparavit Virgilianum illud:

Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram

Sustinet.

387. va derides di ra (notabilis est lectio cod. Med. ou denilos & iou; que sic intelligi possit, sub clypeo intus appensa fuisse (nempe e manubrio) tintinnabula) — πλάζουσι πάδωνις (e cod. non nominato apud Burtonum affertur lectio πώδωνες ήχουσιν) φόζον. Sub clypeo vero illi ærea tintinnabula terrorem clangunt; i. e. clangare terrorem incu-tiunt, terribiliter sonant. "Heroicis enim temporibus clypeorum manubriis tintinnabula appendi solita fuisse discimus ex Euripidis Rheso v. 383.

Κλύε καὶ κόμπους κωδωνοκρότους Παρά πορπάκων σούς κιλαδούντας." Heath. 389. sqq. izu &-neinu. Superbun

Digitized by Google

Φλέγονθ' ὑπ' ἄςροις οὐρανδυ τετυγμένου 390 Λαμπρὰ δὲ ωανσέληνος ἐν μέσω σάκει, Πρέσδιςον ἄςρων, κυκτὸς ὀΦθαλμὸς, ως έπει. Τοιαῦτ' ἀλύων ταῖς ὑπερκόμποις σαγαῖς, Βοᾶ ωας ὅχθαις ωσταμίαις μάχης δ' ἐρῶν

390. φλίγους] φίγγους emendat Pauwius, înfeliciter. 399. weir corollare force Ald. 393. ramēr] Brunckius commute diatinxit post romêr, quod rectius aberat in prioribus. Melius enim cum άλών, quam cum βοῦ construitur. Sensus: Hoc modo se efferent superbo ornatu armorum. 394. μάχως δ΄ μέν Ταπος χαλινών δ΄ όγ. Ταπος δ

vero hocce in clypeo insigne gerit fabricatum ca'lum astris resplendens; in medio autem scuto, plena luna, astrorum decus, moctis oculus, eminet. Similiter Pindurus, a Stanleio laudatus, Olymp. iii.

λεκρινις όλου χουσόριατος Έστιρας όρθαλμος άντίρλεξε μήνα. 393. 30. σειαύν άλδων—ποσαμίας. Hoc modo igitur se efferens superbo armorum ornatu vooiferutur circum fluvii (Ismeni) ripam; ut antea v. 386. σειαύν άδυσων, σειίς κασασκίους λόφους σειίν, sic nunc figura epanastrophes,
394. sqq. μάχης δίοῦν "Ιστος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων, μίντι,

"Oris βοὺν σάλπιγγος δεμαίνα μίνων. Jam in V. L. professus sum, illud μίναι post κατασθμαίνων corruptum mihi videri, antea v. 380. de eodem Tydeo dicebatur βείμαι, quod satis et h. l. aptum tantisper tenco, donec aliquis aliud et melius forte repererit. Interea vero Æschylum h. l. sic scripsisse conjicio:

"Ισπος χαλινών ώς κατασθμαίνων, -βείμει,

the autem avidus pugnæ sicut equus adversus fræna sæviens, fremit, qui tubæ sonitum expertans stare loco nescit, sed impetu fertur ad cursum. Facile lectores, ut Stanleius, recordabuntur nobile Virgilii carmen:

tum si qua sonum procul arma dedere, Stare loco nescit, micat auribus, et tremit artus,

Collectumque premens volvit sub naribus ignem.

Æschylus igitur h. l. Tydeum pugnamoram ægre ferentem, bellicoque ardore impatientem sistit. Illustrabit hanc imaginem comparatio Statii Theb. vi. 389. sqq. ubi in descriptione certaminis equestris, impatientiam equitum pariter ac equorum, signo nondum dato, post carceres expectantium sic depingit:

Et jam sortitus Prothous versarat

ahena Casside, jamque locus cuique est, et

liminis ordo. Terrarum decora ampla viri, decora

ampla jugales, Divûm utrumque genus, stant une

margine clausi.

Spesque audaxque una metus et fiducia pallens;

Nil fixum cordi, pugnant exire paventque.

Concurrit summos animosum frigus in artus.

Qui dominis, idem ardor equis. Face lumina surgunt,

Ora sonant morsu, spumisque et sanguine ferrum

Uritur, impulsi nequeunt obsistere postes

Claustraque, compresse transfumat anhelitus irm.

Stare adeo miserum est! percunt vestigia mille

Ante fugam, absentemque gravis fe-

"Ιππος χαλινών ως κατασθιμαίνων, μένει,
"Όςις βοήν σάλπιγγος όρμαίνει μένων.
Τίν' ἀντιτάξεις τώδε; τίς Προίτου ωυλών,
Κλείθεων λυθέντων, ωςος ατεῖν Φεςέγγυος;
"Έτ. Κόσμον μὲν ἀνδρὸς οὔ τιν' ἀν τρέσαιμ' ἐγώ'
Οὐδ' ἐλκοποιὰ γίνεται τὰ σήματα,
Λόφοι δὲ κώδων τ' οὐ δάκνουσ' ἄνευ δορός.
Καὶ νύκτα ταύτην, ῆν λέγεις ἐπ' ἀσπίδος

395. πασασθμαίνων μένει] al. πασασθμαίνει μένων. Ego vero lectionem μένων et μένει librariis deberi arbitror, qui oculis ad clausulam sequentis versiculi aberraverint; atque Æschylum aliud verbum v.c. βείμει vel simile hic scripsisse seror, quod nobis Tydeum impatientia moræ frementem aut trepidantem sisteret, adeoque bene imagini equi πασασθμαίνωνος χαλιών responderet. Μίνει certe l. l. parum aptum est, quia hic vertendum esset manet: cum sensus ac veritas potius requirat verbum, quod notet hominem qui præ ardore pugnandi stare loco nasciat. Secus est versu sequenti; ibi enim μένει non significati. q. permanet, consistit, sed potius expectat, et cum accusativa βούν construitur. 396. εσωίνει μένει] δεμαίνει μένει] δεμαίνει μένει] δεμαίνει μένει] δεμαίνει μένει] δεμαίνει μένει] δεμαίνει κολέξεται.

Idem lib. viii. 382. equites equosque prælio intentos hoc modo describit:

Stat melius campis etiamnum cuspide sicca

Bellipotens, jamque hos clypeum jam vertit ad illos

Arma ciens, aboletque domos, connubia, natos,

Pellitur et patriæ, et qui mente novissimus exit,

Lucis amor; tenet in capulis, hastisque paratas

Ira manus, animusque ultra thoracas anhelus

cas anhelus
Conatur, galeæque tremunt horrore

comarum...
Quid mirum caluisse viros? flammantur in hostem

Cornipedes, niveoque rigant sola putria nimbo.

Corpora ceu mixti dominis, irasque sedentum

Induerint, sic fræna terunt, sic prælia poscunt

Hinnitu, tolluntque armos, equitemque supinant.

Ceterum etsi vulgata lectio mini significare potest exspectat, prastolatur, taipen ipse ille tot δουστελεύτων concursus, auribus gravis, (in πατασθμαίταν — μ(τει — δομαίτει — μίτων) correctionem verbi misss postulare vi-

395

400

397. sq. rív avrirateus—preiryvos a Quem igitur huic oppones; quis Pratiden portam, solutis claustris, se propugnaturum esse spondebit? Heirev walden, nempe a Præto quodam Thebano, qui ab Acrisio ejectus ante portam Illam habitasse fertur, (Pausan. lib. ix. c. 12.) nominatarum. Preiryvos wegerariv, qui non tantum promittit se defensurum, sed propter virtutem certus quoque est sponsor atque idoneus, cui fidere possis ac debeas. Sic apud Thucydidem lib. viii. c. 68. wald Registra divid irudinas virtus, preiryvastrates (pain. Vide nostrum v. 451. 472.

399. sqq. In Eteoclis responsione fas est admirari generosam imperatoris fortitudinem, et hostilis superbiæ despicientiam.

Kόσμοτ-δόξος. Ornatum quidem ego in viris nullum exhorreo; nec vulnera instigunt insignia; cristæ vero ac tintinnabula sine hasta neminem mordent.

402. sqq. καὶ νύκτα ταύτην accusativi absoluti sunt, id quod Pauwius quoque vidit, commode hic positi, quod sequitur articulus postpositivus cum verbo accusativum regente. Sea-

"Αςροισι μαρμαίρουσαν οὐρανοῦ κυρείν,
Τάχ ἀν γένοιτο μάντις ἡ "νοιά τινι.
Εὶ γὰρ θανόντι νὺξ ἐπ' ὀΦθαλμοῖς ἐκσοι,
Τῷ τοι Φέροντι σῆμ' ὑπέρχομπον τόδε
Γένοιτ' ἀν ὀρθῶς ἐνδίκως τ' ἐπώνυμον,
Καὐτὸς καθ' αὐτοῦ τὴν ὕδριν μαντεύσεται.
'Εγὰ δὲ Τυδεῖ κεδνὸν 'Αςακοῦ τόκον

405

404. à "run] à anu Ald. Rob. Turn. Vict. 406. intenparo bateauro Mosq. 2- et supra schol. rolagin, innguiron. 407. igSus i igSus of Turn.

sus: Et quod ad noctem istam attinet, quam dicis, cali sideribus illustrem in clypeo effictam esse; ráx de yérsure professer, h "roue pro h trous, quæ ex uno codice in ed. Burtomiana citatur, frigidiorem præbet sensum, quam ut eam editor probare debuerit. In Guelf. est h trous, et in glossa marginali affertur lectio droin, y riv; cito forte fieri possit ut ominosa sit nonnemini stulitia; so könnte es leicht kommen, dass diese Thorheit einem gewissen Manne, den ich nicht nennen will, nichts gutes bedeutete. Clarius hæc in sequentibus explicat. Assus est stulta superbia in delectu insignis clypeo illigati.

A05. sqq. si yhe Instruction pure. Brunckius commate post wien sublato, sequenti versicule post wien sublato, sequenti versicule post wien sublato, sequenti versicule post wien gipticulam vai in verbis või distinxit. Verius autem arbitror propter particulam vai in verbis või vai pipova, versum 405. a sequentibus ita sejungi, ut eo solo protasis contineatur, versus 406. et 407. vero apodosin faciant. Sic Instruction appodosin faciant. Sic Insur: Etenim si (el) morienti (æterna) nou oculos operuerit, tumitiur ei, qui superbism illud insigne gerit, vere et juste ominosum fieret. Seguia haud falsum esset omen, initias quia Tydeus superbia sua dignus esset, cui interitus vere portenderetur.

408. sabrès—maseriéstras. Adeque ipse adpersus se ipsum contumeliam vaticinaturus esset; (und so würde er sich selbst mit diesem stotsen Simbilde seine eigne Schande geweisagt haben.) Vulgata igitur lectio si defendatur, veis h. l. de insolentia et fastu Tydei, quem in superbo clypei ernamento demoning

straverat, intelligi posset; quod tamen fieri non potest, nisi quid in textu corruptum esse statnamus. Fortasse sic scripserat Æschylus:

Kabrn sar' abrob किर' bles parres-

(in Guelf. legitur zabrd zar abrov.) adeoque ipsa scilicet adversus eum insolentia sua vaticinabitur; que sententia mutatis verbis eadem fere esset, quam paulo ante sic enuntiaverat: ráz ar yrouro párris h "roia rin. Fieri etiam potest, ut antiqua lectio hæc fuerit:

Καύτὸς καθ' αύτοῦ τῆδ δίξεις μαντιά-

atque hoc modo ipse adversus se ipsum insolens vaticinabitur, sic ut abros vegs idem esset quod aveds bleiens, quemadmodum Hesiodus Beer delea dixit pro bleiffr. (Hesiod. Opp. et Dier. v. 189.) Certe utram harum conjecturarum veram esse putes, melius verba alterutro modo constituta quam in vulgata lectione, et antecedentibus et consequentibus respondebunt. Ut enim non urgeam, Thur de clade et interitu viri fortis haud satis commode usurpari, primum, si Heis de insolentia et fastu impudenti diceretur, aptius conveniret verbis que præcedunt, ล้าผล, et รกัน บรร์ยูมอนุรอง, aut ประจัยคุยอง. συμα 7. 389. (cujus generis insignia Euripides, Phæniss. v. 1129. (1123. ed. Brunck.) մեջարմու օորւնո appellavit); deinde oppositio, quæ sequitur. clarius enitesceret; insolentiæ enim et Heu Tydei sic opponeretur Melanippus ὁ τὸν Αἰσχύνης Θεόνον σιμών, ut aptius nihil fieri posset. Denique eodem sensu et in eadem causa les recurrit v. 504.

409. sqq. lyà-λόγους. Ego vere

Τόνδ' ἀντιτάξω ωξος άτην ωυλωμάτων, Μάλ' εὐγενῆ τε, καὶ τὸν Αἰσχύνης Θεόνον Τιμώντα, καὶ ςυγοῦνθ' ὑπέρφρονας λόγους. Αἰσχρῶν γὰς ἀςγὸς, μὴ κακὸς δ' εἶναι Φιλεῖ. Σπαρτῶν δ' ἀπ' ἀνὸς ῶν ᾿Αςης ἐΦείσατο,

414. iquicaro] iquicare et supra Schol. iquinou Mosq. 2.

Aydeo probum Astaci filium, Melanippum, opponam porte Prætidos defensorem, hominem valde nobilem, quique Puporis thronum reveretur, insolentesque sermones odit. πυλωμάτων, pluralis pro singulari. εὐγινὰς de nobili et generosa animi indole. Αἰσχύν est dea pudoris; perperam enim de contumelia Schol. β΄. cepisse videtur. Αἰσχύνης Θείνου σιμάν ornate dictum pro veremundiam et pudorem colere, ab impudentia abhorrere.

413. alexprov yàc keyès, un xanès d'
svau plai, nam ad turpia quidem lentus, non tamen ideo ignamus esse solet. Egregiæ hujus laudis vim Stanleius in versione obscuravit, cum xanès Latine reddidit iniquus. Rex enim nihil aliud significat, quam Melanippum verecundum quidem esse, et cum omnem turpitudinem, tum inprimis insolentiam et fastum, inanemque gloriationem odisse, nihilo secius tamen eundem, ubi res ad prælium deducta fuerit, fortem ac strenuum esse.

414. sqq. σπαρτών δ ἀπ ἀνδεών— Μελάνισπος. Est autem Melanippus hominum illorum terra satorum, quibus Mars pepercit, stirpe genitus, adeoque verissimus indigena. Cadmus cum de Europa sorore, quæ scilicet a Jove rapta nusquam reperiebatur, Apollinem consulturus Delphos venisset, Deus ei de Europa curiose non esse quærendum respondit, sed eum bucula quadam viæ duce iter persequi, ubique ea cursu fessa procubuisset, ibi urbem condere jussit. Quæ cum eum in Bœotiam deduxisset, ibique, ubi postea Thebæ conditæ fuerunt, procubuisset, Cadmus, antequam urbem conderet, Palladi eam sacrificaturus, misit e sociis quendam, qui aquam e vicino Martio fonte quæreret. Sed aquaturos, unum póst alterum, draco Marte satus, fontis custos absumsit. Quare indignatus Cadmus draconem intermit; ac Minervæ consilio dentes ejus serit; quibus satis armati e terra viri exorti sunt, Exectsì ab origine nominati, h. e. terra sati ; iique postea in pugnam congressi sunt, ita ut plerique mutuis vulneribus conciderent, et ex omnibus quinque tantum, Echion, Udæus, Chthonius, Hypotrenor, et Pelor incolumes discederent. Hæc altius tironum causa repetenda duximus. propterea quod Stephanum hominem longe doctissimum verus verborum 🔊 "Aens ipsicare sensus fugit, qui si hance partem fabulæ de quinque tantum Spartis ex mutuo prœlio servatis opportune recordatus esset, non sane osicare in iqueare mutandum esse Est enim ar "Aene ipcioustatuisset. 40, quibus Mars pepercit, poëtice dictum, atque i. q. qui ex prælio isto superfuerunt. pigapa radix h. l. de progenie dicitur, nempe quia cum semine, e quo propullulat, comparatur. Nos dicimus der Zweig eines Stammes, adeoque posteros cum surculis aut ramis, parentes vero cum stirpe aut radice comparamus. Graeci vero sæpe progeniem cum radice, generis auctorem cum semine comparant; translatione altius petita, sed æque idonea; cum eadem ratione, qua surculus ad stirpem, radix ad semen referatur. Sic infra v. 757. Œdipus dicitur arvum, quo ipse genitus erat, incestuose consevisse, indeque ρίζαν αίματόισσαν tulisse, h. e. filios Eteoclem et Polynicem, qui jam in eo erant, ut mutuis se vulneribus cæderent. κάςτα ἰγχώρις autem, non simpliciter 1/2 úgus, quoniam alii indigenæ quidem erant, non tamen ut Melanippus e terræ filiis progeniti; adeo ut hic præ ceteris κατ' έξοχην indigena's. αὐτόχθων appellandus esset.

410

Υίζωμ' ἀνεῖται, κάρτα δ' ε΄ς' ε΄γχώςιος, Μελάνιππος' ἔργον δ' εν κύδοις Αςης κρινεῖ. Δίκη δ' ὁμαίμων κάςτα νιν ωςος έλλεται Εἰργειν τεκούση μητςὶ ωολέμιον δόρο.

415

417. δίκη δ' δμαίμων] Verissimam hanc lectionem Brunckius e cod, Reg. ernit, quam sic exponit Glossa MS. το σῆς συγγενίας δίκαιον σίλλει αὐτον εἰς μάχην. Uterque tamen cod. Reg. in contextu habet hanc lectionem δίκη δ' δ δαίμων, cum glossa δικαίως δ' δ "Αρης. Editiones autem δίκη δ' δ δαίμων consensu.

316. Teyer & ir riben; "Agns reni." Pugnæ vero eventum Mars tesseris sortietur, 'ut omnibo vita hominum et fortuna, sic inprimis bellica cum alea et
tesseratum- lusu comparatur. Stanleius adduxit Euripideos illos ex Rheso senarios:

χεὴ δ' ἐπ' ἀξίοις πονείν Ψυχὴν προδάλλοντ' ἐν πύδοισι δαί-

Notandum vero, Eteoclem ista non sine boni ominis captatione adjicere; submonetur enim auditor, ut, quandoquidem Melanippus ex uno illorum virorum e draconis Martii dentibus terra satis ortorum, quos ipse Mars superstites esse voluerit, generis primordia ducat, Mars autem instantis proelii solus arbiter sit, bene ideo de Melanippi fortuna speret, præsertim quod et strenuus ipse bellator, et patriæ telluris, quacum arctiori quam plerique cives necessitudine conjunctum esse constabat, amantissimus esset.

417. sq. dinn d' spaiper nágra vis προτίλλιται-πολίμιον δόρυ. Jus vero cognationis eum potissimum, s. vehementius quam alios, impellit, ut a matre, que eum peperit, hostium tela propulset. dinn ėμαίμων, pro jure consanguinitatis s. cognationis dictum, significat pietate in patriam obligari Melanippum, ut pro ea prœlii periculum suscipiat, idque belli genus justissimum esse. Atque hujus quidem lectionis (hoc loco corrigere liceat errorem in recensenda varietate lectionis admissum, ubi ad h. l. omnes editiones præter Brunckianam consensu exhibere lectionem dinn d' i duipar, falso pronuntiavi. In Ald. igitur et Rob. est dian & & daiper, quod etiam legitur in MS. Guelf. At in Turn. ding & & delpur, quod etiam in utroque cod. Reg. Brunckius invenit. Lectionem vero disn & inainem, quam et Schol. a. agnoscit, Victoriana primum, deinde et relique editiones exhibuerunt. Neque vero eam se eruisse e codd. Brunckius professus est, sed judicio tantum comprobavit) veritas (quamquam disn & i dainem explicari potest Mars eum jure in bellum mittit) hoc potissimum momento confirmatur, quod eadem particula xágra hic repetitur, que paulo ante in verbis xágra & solique Thebani cognationem designaverat.

weefillean, mittit, i. e. incitat, impellit.

418. દાંદુપુદા, pro દાંદ જે દાંદુપુદાન કે. એંદુ

ileyus. Melanippum ante Prœti portam cum Tydeo congressum memorant Apollodorus, Pausanias et Statius. Et Apollodorus quidem narrat Tydeum a Melanippo in ventre percussum esse; qui cum semianimis jaceret, Palladem medicamentum precibus a Jove impetratum attulisse, quo illum faceret immortalem; Amphiaraum vero ejus odio commotum, ut eum immortalitatis dono privaret, celeriter Melanippi caput a se abscissum ei præbuisse; quod Tydeum, vindictæ cupiditate incensum, effregisse cerebrumque exsorbuisse. Qua immanitate narrat ab eo Minervam abalienatam, beneficio, quod ei constituisset, indignum judicasse. Pausanias refert, a Prætide porta, ubi Chalcidem iter sit, ad viam publicam ostendi Melanippi sepulcrum, quem bellica virtute præstantissimum nominat, eumque, postquam Tydeum et Mecisteum Adrasti fratrem occidisset, ipsum quoque ab Amphiarao interfectum esse scribit. Aliter Statius hanc narrationem informavit. Etenim see Χο. Τον αμόν νυν αντίπαλον εὐτυχεῖν Θεοί δοῖεν, ως δικαίως πόλεως Πρόμαχος δρυυται· τρέμω δ' αἰματηφόρους μόρους ὑπὸς Φίλων 'Ολομένων ἰδέσθαι.

"Αγ. Τούτω μεν ούτως εὐτυχεῖν δοῖεν θεοί. Καπανεὺς δ' επ' 'Ηλέκτςαισιν είληχεν πύλαις, 425 Γίγας ὅδ', ἄλλου τοῦ ωάρος λελεγμένου

424. δοῖν 3:ω] Ita scribendo Brunckius metro consulit, quod vulgata lectione Siω δοῖν corrumpebatur. Veram lectionem præbent Codd. Regg. 425. εῖλενχει] ita pro vulg. 37 ελλεν, legendum conjecerat Markland ad Eurip. Suppl. v. 872. Eandem postea lectionem Brunck. in cod. Reg. A. inventam recepit. Quamquam vulgata non omnine inepta est, Brunckio tamen obsecutus sum.

eundum eum Melanippus Tydeum graviter vulnerat; Tydeus vero vicissim,
ægre viribus quæ superessent collectia,
telo Melanippum transfigit. Tydeo
jam moribundo, ac nihil aliud optanti
nisi ut sibi quis Melanippi caput apportet, Capaneus obsequitur, humerisque allatum spectandi vulnerati hostis
eopiam Tydeo facit. Tum is caput
Melanippi abscissum porrigi sibi jubet.

Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis

Lumina torva videns, et adhuc dubitantia figi.

Infelix contentus erat. Plus exigit ultrix

Tisiphone; jamque inflexo Tritonia patre

Venerat, et misero decus immortale ferebat.

Atque illum effracti perfusum tabe cerebri

Aspicit, et vivo scelerantem sanguine fauces. Nec comites auferre valent. Stetit

aspera Gorgo Crinibus emissis, rectique ante ora

cerastæ
Velavere deam; fugit avetsata ja-

centem,

Nec prius astra subit, quam mystica

lampas et insons
Ilissus multa purgavit lumina lympha.

419. sqq. &referatos h. l. is qui adversariis obsistit, adeoque propugnator.

or est nam s. quoniam. Justitia nimirum causse facit, ut cam fidenter Chorus diis commendet. αίματηθέρους μόσους ότης φίλου όλομίων, cruentas movies pro amicis, pro civibus, percuntium s. occumbentium. Sic Eurip. Phoniss. 1064. Chorus, ubi nebile Menœcei facinus sponte se pro patria morti devoventis, admiratur:

50. a.

άγάμι3', άγάμι3' δ; iπì 3άναφον οίχεται

yüs brile wureyüs.
Sensus igitur totius carminis hic est s
Hunc igitur propugnatorem meum dif
felicem ac fortunatum esse et bene ren
gerere jubenti; etenim ad justem kujus
urbis defensionem prodit; exhorresco autem cruentas stortes vironum pro curie
civibus pereuntium; Germani tuelius
vim horum verborum assequuntur: ich
sittere den blatigen Tod der für ihre
Freunde sterbenden Streiter zu sehn.

424. rośry Sios. Et hunc quidem ita ut dicis felicem esse dii jubeant.

425. Karrands V to 'Hλίστραστ εlληχεν ανόλως. Eidem ports Capaneum admovet Euripides, Phomiss. v. 1146. (1140. ed. Brunck.) et Pausanius (lib. ix. c. 6.) eum ante hanc portam fulmine ictum corruisse memo-

426. Phys. 33, Allow resi trajes lalaspaine miles. Hoc loco iterum perpenso ponitet me sere obsequii, que Marklandum et Brunckium, quantis egregios antesignamos, teneres, ut must opinor, secutus, vulgatam lectioneis. Μείζων, ὁ κόμπος δ' οὐ κατ' ἀνθεωπον Φρονεΐ-Πύργοις δ' ἀπειλεῖ δεῖν', ὰ μὴ κραίνοι τύχη. Θεοῦ τε γὰρ θέλοντος, ἐκπέρσειν ωόλιν, Καὶ μὴ θέλοντός, Φησιν, οὐδὲ τὴν Διὸς "Εριν ωέδω σκήψασαν ἐκποδών σχέθειν. Τὰς δ' ἀςραπάς τε καὶ κεραυνίους βολὰς Μεσημβρινοῖσι θάλπεσι ωροσήκασεν.

427. Marse & Abest & Turn. 428. Menisol medica Edd. ante Brunckium consensu. Hic vero, etsi quid in Cod. Reg. A. scriptum sit, non liquebat, quia evanuerant fere minutissimi litterarum ductus, tamen quia et v. 551. ubi item vulgatur medica, uterque cod. Reg. priestat menisor, et h. l. ita scribere maluit, 433. Merimanul Atticam formam et alibi ab Æschylo servatam cum Brunckio revocavimus. Vulg. Merimanu.

Τίγας Το Ελλος, τοῦ πάρος λελιγμένα

Meiζer, mutavi. Nam etsi sensus in utraque fere idem est, tamen vehementius ferit animum ista structura, riyas 33 άλλος, τοῦ πάρος λελεγμένου μείζων, hic autem alius est Gigas, ille paule ante di--cto major. Marklandi ratio, quan Brunckius Cod. Reg. auctoritate firmavit, hanc versionem postulat: Gigas hicce, altero paulo ante nominato major. (Sunt qui illud muiller ad corporis staturam trahant, cum Tydeum reliquis ducibus breviorem fuisse constat, h. l. tamen rectius arbitror, yiyas μείζων sic intelligere, ut μείζων ad majorem ferociam pertineat.) Observandum vero est, gigantem h. l. appellative dici militem superbum, fero-cem et impotentem. Egregie hanc imaginem illustrat locus Euripidis in Phœnissis, ubi Antigone de Hippomedonte ait:

રે, દે એક જુસ્ટેટિક્ક, એક Φેર્ક્સિફેક્ટ કોંકોર્કેસ્ટેંક, જોજવાજા

γηγινίτα, προτόμωσς.
Videsne Antigonem eum non aliam ob eausam cum Gigante comparare, quam quia erat terribilis adspectu, et vultu truci? Quia igitur uterque Tydeus et Capaneus acerrimi bellatores erant, idemquie superbissimi et atrocissimi, sic tamen ut in his omnibus Tydeum Capaneus vinceret, ideo hic major illo gigas appellatur. Euripides (Phœniss. v. 1134.) Capaneum ipso Marte negat inferiorem esse:

O da lanerer "Actos els máxer Openio Kawareds -

Idem (ibid. v. 1138.) in Capanei clypeo gigantis effigiem inclusam fuisse narrat, qui humeris totam urbem vectibus evulsam sustineret.

427. δ χόμασς. Φρονιῖ. Superba vero jactantia elatus ultra hominem spirat; s. jactantia ejus humanæ modum naturæ ezcedit.

428. πύργοις — τύχη. Turribusque nostris h. e. urbi nostræ summa pericula, s. terribilia minatur, quæ utinam ne fortuna perficiat.

429 431. Sie karden (karden Larden L

Kawarids di, wus siwoju de de ipui-

νιτο ; Μαπεριύχινος γάς πλίμαπος πεοσαμ-Gάσιις

"Εχων έχώρει, καὶ σωσόνδ ἐκόμπασε, Μηδ ἄν σὸ σεμνὸν πῦς νιν εἰςγάθειν

Τὸ μὴ οὖ κατ' ἄκρων Φιργάμων έλεῖε Φόλιν.

Cf. Stat. Theb. lib. x. 821. fin.

432. sq. ràs d' esquaés — weersners. Fulgura vero et fulminum jactus meridianis caloribus assimilabat; nihilo plus nocere, quam sestum solis meridianum. Έχει δε σήμα, γυμνον ἄνδοα συρφόρον,
Φλέγει δε λαμπάς διὰ χερῶν ώπλισμένη 45
Χουσοῖς δε φωνεῖ γοάμμασι ΠΡΗΣΩ ΠΟΛΙΝ.
Τοιῷδε φωτὶ σέμπε. Τίς ξυςήσεται;
Τίς ἄνδρα κομπάζοντα μὴ τρέσας μενεῖ;
Έτ. Καὶ τῷδε κέρδει κέρδος ἄλλο τίκτεται.

436. φωτίτ] φωτίτ Ald. σρότω] σρότω Rob. 437. φωτί σύμσι. τίς] φυτί, σύμσι τις Ald. φωτί συμσετίς Rob.

434. sqq. Ἰχιι ἢ σῆμω—ΠΡΗΣΩ ΠΟΛΙΝ. Insigne autem in clypeo gerit mudum virum igniferum; cujus in manibus fax vibrata lucet; aureis autem litteris clamat INCENDAM URBEM. Optime Stanleius monuit γυμνον ἄνδρα ωυοφόρον Prometheum esse, qui et in titulo tragedia Æschyleæ Προμηθιὸς πυρφόρος et a Sophocle (Œd. Col. v. 55.) ὁ πυρφόρος θεὸς Γισὰν Προμηθιὸς appellatur. Accedit quod apud Euripidem (Phæniss.) in clypeo Tydei eadem imago fuisse fingitur, quam h. l. Cupanei scuto Æschylus adsignat.

Όμολωΐση δὶ τάξη τίχι πεὸς πύλαις Τυδιύς, λίοντος δίρος ίχων ἰπ' ἀσπίδος Χαίτη ωτφρικός: διξιῷ δὶ λαμπάδα Τιτὰν Περικηθιύς ἔφιρεν, ὡς πρήσων πόλιν.

Tydeus igitur in clypeo duplex insigne gerebat, primum pellem leoninam (nisi forte legendum sit λέδντος τίρας, h. e. immanem leonem juba horridum), deinde Prometheum facem deatra gerentem, quasi urbem incensurus esset. Sed Brunckius V. D. interpunctione h. l. sic mutata:

διζιά δὶ λαμπάδα Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν ως, αρήσων ακόλιν,

alium verborum sensum efficit, quo Tydeus ipse urbem incensurus facem dextra gessisse diceretur, ac propterea cum Prometheo iguifero compararestur. Nobis tamen illa ratio verior videtur, qua quidem Euripides Æschyll locum, in quo versamur, prorsus expressisse dicendus esset. Utram vero cligas Euripideæ descriptionis interpretationem, ad id quod volumus efficiendum nihil interest. Utraque enim Æschylum h. l. Prometheum significusce confirmatur. επλιτρίνη non est

proprie armata, sed instructa, parala, infesta; simulque ad gestum facem vibrantis respici potest. χευσως δι φωτιγείμεσοι breviter et ornate, pro: habet etiam hanc inscriptionem aureis litteris cælatam.

437. τοιῷδι φωτὶ πίμπι. τίς ἔρτιστας; Aposiopesin quærunt interpretes in vocabulo πίμπι, quasi dictums fuerit: τοιῷδι φωτὶ πίμπι τὸ θυίνγυον ἀλλὰ τίς ξυςήσιται; Ego vero potius Æschylum sic scripsisse conjicio.

τοιῶδι φωτί δ', είπὶ, τίς ξυτάσιτει: Non enim, si in πίμπι οταίιο abrupto fuisset, particula ἀλλὰ ante quasito nem τίς ξυτάσιται videtur abesse potuisse. Si vero correctionem nostram probaveris, consecutio verborum facilis erit. Tali autem viro, die quaso, quis congredictur? quis jactnitem virum sine trepidatione s. absque horrore sustinebit?

439. καὶ τῷδε κίρδι κίρδις ἄλλο σίκτεται. Et huic lucro aliud luctum paratur; h. c. quamvis Argivorum remultum augeri videantur, qui tam superbo et feroci bellatore utantur, habeamus tamen, quo illud eorum κλινίκτημα compensare possimus. Nam non deest vir fortis, quem Capaneo opponamus. Haud scio tamen an sensus verborum verius ita explicetur: Et ex hoc lucro Capanei superbia derumque contemtu dliud lucrum h. e. interitus ejus nascetur. Skut enim Tydei superbum insigne cladem ei portendit, sic etiam Capanei κυρφόρος κτης, quo scutum insignivit, mali ominis insigne est; spero enim fore ut in eum igniferum fulmen incidat.

rum fulmen incidat, zárousa d' aŭroj Eur dian rêr ave Cógor n'Eur abeauron Τῶν τοι ματαίων ἀνδεάσι φεονημάτων Ἡ γλῶσσ' ἀληθης γίνεται κατήγοεος. Καπανεὺς δ' ἀπειλεῖ, δεᾶν τα αξεσκευασμένος,

441. zarńycets] In Mosq. 1. notatur : ye. διδάσκαλος.

adeoque in everbis καὶ τῆδι κίρδις κίρδος vel utrumque κίρδις et κίρδος ad Thebanos refertur, quibus primum jactantia et impietas Capanei, deinde etiam clades ejus, quæ ex illa consequebatur, lucrosa erat; vel κίρδις ad Capaneum, κίρδος ad Thebanos respicit; q. d. et ex hoc Argivorum lucro, siquidem lucrum est immanis hominis superbia, aliud nobis lucrum nascitur; quod fere conveniret cum proverbiali Germanorum sententia: Es ist keine Sache so böse, sie ist doch zu etwas gut.

440. sqq. Tõi Toi zathyogos. Vanam nimirum hominum nimis magnifice de se sentientium superbiam ipsa eorum lingua verissime redarguit. Nempe Capaneus certiori argumento inanem animi arrogantiam prodere non potuisset, quam ferocibus istis tumidisque minis, quas cum ipsa deorum contumelia effundebat.

442. sq. Kanariùs & aniili, beñr wagerzeuaruiros, Seous &τίζων. Quocumque modo ista δράν παρισκινασμίνος vertas, aut languent aut sensum parum idoneum præbent. Si sic exponas: Capaneus minatur, quasi jam paratus sit ad agendum; languida est hæc sententia, nec satis tamen Græcis verbis accommodata. Necesse enim foret, ut deav παρισκινασμένος dictum sit pro δράν δητα παρισκιυασμίνος, vel pro ως δράν παρισκιυασμίνος. Si cum Stanleio vertas: Capaneus minatur se expeditum exsequi, æque friget sensus, nec Græca verborum constructio redditur, sed alia callide substituta. Si denique sic interpreteris: Capancus minatur ad agendum h. e. ad exsequendas minas promtus atque paratus, idemque satis instructus, recte quidem hæc interpretatio e Græcis elicitur, sed tamen illa ipsa toti verborum perpetuitati, eorumque universæ sententiæ repugnare videtur. Etenim si Capaneus satis ad exscquendas minas paratus atque instructus fuisset, fieri certe non potuisset, ut Eteocles ejus minas vanas atque

inanes, nec eventum ullum habituras diceret. Itaque levi mutatione, at egregium ni fallor sensum præbente, rescribendum existimo:

Καπανεύς δ' ἀπειλεί, δράν παρισκευασμένους

Stoùs arigan,

ita ut illa verba cum iis quæ sequuntuc hanc vim habeant: Capaneus autem minatur, deos ad agendum promtos contemnens, linguamque vanis minis exercens inani latitia elatus, homo mortalis in calum eructat æstuantia verba, quæ sane Jovis aures non effugient. Sic omnia inter se aptissimo nexu cohærent, totusque verborum circuitus, sublata vulgatæ lectionis frigiditate, magnifica sane sententia augetur. Karavius ariiλεί, δεάν σαεισκινασμίνους Διούς ατίζων; hic opponuntur minæ Capanei, nihil prorsus efficientes, deorum perenni virtuti, semper actuosæ, et ad ea quæ voluerit peragenda, sine verborum strepitu, semper promtæ atque paratæ, semper idoneis viribus instructæ. Egregie vero emendationem nostram confirmant, quæ infra v. 556. de Actore prædicantur:

άνης ἄπομπος, χείς δ΄ ός ζ τὸ δςάσιμον. Queniadmodum enim ille alienus quidem ab ostentatione, et vana, quæ in verbis tantum consistat, jactatione, idem vero etiam manu fortis, et ad agendum promtissimus dicitur, Parthenopæi vero, cui is opponebatur, tumidæ minæ appellantur γλώσσα ἰργμάτων ἄτις ρίουσα, sie h. l. Capaneus inaniter se jactans et ostentans turpi linguæ abusu stultitiæ se ipsum convincit, cum eo procedat insaniæ, ut deos contemnat convitilsque lædat, quos tamen semper ad agendum promtos, inprimisque ad vindicandam hominum superbiam alacres esse, haud ignorare debebat. &σογυμνάζειν τόμα ante de eo dicitur, qui vires non habet idoneas ad magna illa, quæ minatur aut promittit, perficienda, sed linguam tantum vana verborum jactatione exercet. Scholiastes

Θεούς ἀτίζων, κάπογυμνάζων ςόμοι Χαρά ματαία θνητός ων ες ούρανον Πέμπει γεγωνά Ζηνί κυμαίνοντ' έπη. Πέποιθα δ' αὐτῷ ξύν δίκη τὸν συρφόςον Ἡξειν κεραυνὸν, οὐδὲν εξηκασμένον Μεσημβρινοῖσι θάλπεσιν τοῖς ἡλίου. 'Ανὴς δ' επ' αὐτῷ, κεὶ ςόμαργός ες' ἄγαν, Αἴθων τέτακται λῆμα, Πολυφόντου βία,

445

450

445. Ψίμπι γιγωνὰ] Vulgo πίμπι, γιγωνῷ: qua in lectione acute Branckins désiderat casum, quem verbum πέμπιι regat; præterquam quod Græcum non ait γιγωνώ». Itaque verissime rescripait πέμπιι γιγωνὰ Σπιὶ πομαίωνο ἔπη, i. e. jacit estuantia verba que Jupiter audire possit, apte comparans Prometh. v. 312-In Mosq. 2. legitur γιγωνιῖ. 448. Βάλπισω βάλπισω edd. ante Brunck-450. Πολυφόντω II ελυφόντω Ald. et βία] βία Rob. utrumque vitiesum.

tamen in participio ຂໍສາງບຸນາລ໌ໃພາ ຊ. liam, turpitudinis nempe, notionem quæsivisse videtur; cum sic interpretatur : avaidus amozahúmmur zai diavoiyer; quod sane non ineptum esset, si modo aliis exemplis constaret, &---γυμιάζωι idem aliquando denotasse. quod ἀπογυμνοῦν, denudare. Interea. donec illi verbo hac potestas certius asseratur, acquiescamus in vulgari interpretatione, quæ prefecto cum reliquorum verborum sententia pulcherrime conspirat. Ceterum emendationem nostram illa quoque oppositio, quæ inter Inntos de et is objector ripeau intercedit, confirmare videtur. E. gregie vero Brunckius aliud mendum in hac verborum serie latens detexit, mutata lectione γιγωνά in γιγωνά. Nam yayara Zari zumairere inn sunt estuantia verba, que Jupiter audire possit. Idem optime comparavit Prom.

ei d' Wde spanies and rednymérous ab-

ρίψεις, τάχ' ἄν σου, καὶ μακράν άνωτίσο

Saxωr, xλύοι Zed; —

pec minus apte Hesychium ad partes

vocavit, qui γιγωνὸν interpretatur, τὸ

ξάκουτον, μιγαλόφωνον.

446. sqq. wlr. o.9a 8—h\u00e1so. Certe autem spero fore, ut pro merito ejus in illum irruai igniferum fulmen, saue non digruum quod cum meridianis solis caloribus comparetur. cf. Prometh. 358361. et Eurip. Phæniss. 1197. sqq. (1192. sqq. ed. Brunck.)

449, 450. arne — Holopérrou Bia. Vulgo in his versibus adjectivum 🐗agyos omnes interpretantur garrulus, et ad Capaneum trahunt, hoc sensu: Sed adversus eum, quamvis nimium sit garrulus, h. e. ostentator, mittitur vir animi fervidus, fortis Polyphontes. Neque vero est, quod hanc explicationem contemnamus. Fieri tamen possit, ut h. l. poëta chuzeyer rariori vocabuli significatu posuerit pro eo qui segnis sit ad loquendum, ac de Polyphonte id intelligi voluerit; sieut yauesuetas, apud Lucianum tamen in Lexiphane reperitur pro lingue ignavia positum. (p. 835. ed. Grev. Is-zal κατά τὸν Μνησάρχου τὸν Σάμιου σιωπάν καὶ γλωτταργίαν ημιν Ιπιδάλλιι.) Tum autem ordo verborum esset : 'A me & रेन' स्पेन्क् नर्रक्यरम्या, यौजेका र्रेमेस्स, ऋही σόμαργός ἰς ἄγαν, Πολυφόντου βία h. e. adversus eum autem ordinatur vir animi fervidus, quamvis a loquacitate vehemen-ter abhorrens, fortis Polyphontes. (Ge-gen ihn aber wird der wakere Polyphontes gestellt, ein Manu feurig in seinen Unternemungen, wenn er gleich nicht viel Worte macht, kein geschwäziger Praler ist.) Sic. v. 409. sqq.

ίγω δὶ Τυδεῖ κιδιὸι Αςαποῦ σόκοι σύτδ ἀνσισάζω προςάσηι πυλωμάσων, μαλ. εὐγενῆ τι καὶ τὰ Αἰσχώνης Θρότοι Φερέγγυον Φρούςημα, ωροςατηρίας 'Αςτέμιδος εύνοίαισι, σύν τ' άλλοις θεοίς. Λέγ' άλλον άλλαις έν ωύλαις είληγότα.

Χο. "Ολοιθ' δς σόλει μεγάλ' ἐπεύχεται, ἄντις. α'.
Κεςαυνοῦ δέ νιν βέλος ἐπισχέθοι, 455
Πρίν ἐμὸν ἐσθοςεῖν δόμον, πωλικών θ'
Έδωλίων ὑπεςκόπω
Δορί σοτ' ἐκλαπάξαι.

"Αγ. Καὶ μὴν τὸν ἐντεῦθεν λαχόντα ωςὸς ωύλαις Λέξω. Τρίτω γὰς Ἐτεόκλω τςίτος ωάλος 460 Έξ ὑπτίου πήδησεν εὐχάλκου κράνους,

454. ὅλοιθ'] ὅλλοιθ' Ald. Rob. 455. νιν] μὶν Ald. Rob. Turn. 457. ὑντερκότφ] Recte sic edidit Brunck. ex metri præscripto; pro vulg. ὑντεριόμετφ.

σιμώντα, καὶ συγούνθ' ὑπίρφορνας λόγους,

αίσχεῶν γὰς ἀςγὸς, μὴ κακὸς δ' είναι φιλεί.

Ut igitur illo loco Melanippus glorioso Tydeo oppositus dicitur superbos sermones odisse, ob eamque causam αἰ-σχεῶν ἀργὸς μὴ κακὸς δὶ νοcatur; h. e. ad turpia quidem (quod præcipue pertinet ad loquacitatem) segnis, nequaguam tamen ad præclara facinora ignatus vocatur, sic h. l. Polyphontes dicatur σἡμαργος quidem, ad loquendum segnis, idem tamen αἴθων λῆμα, (altera lectio αἴθλον λῆμα, quam citat Schol. α΄. præferenda non videtur,) ad agendum fervidus et promtus. cf. etiam ν. 556.

451. Φιρίγγνον Φρούρημα i. q. Φιρίγγνον Φρουρόν, propugnatorem s. defensorem certum et idoneum. Ψροςατηρίας Αρτίμιδος είνοίαισι, σύν τ' ἄλλοις Σιοῖς, tutelaris Diamæ benevolentia, ceterisque diis faventibus. Hæc adjicit Etcocles ad amoliendam impietatis invidiam, ne solam Polyphontis fortitudinem vel absque deorum numine et favore propulsandis hostibus idoneam existimare videatur.

454, 455. δλωβ'—lwinχίθω. Pereat, qui magna mala urbi minatur, eumque fulminis jactus arceat. μιγάλα ἐντώ χισθαι idem est quòd v. 428. ἀνα ἀπαλιό, et apud Euripidem διπά τη πόλυ ἰφοδρίζων, Phæniss. 183. Fulmine vero Capaneum a Jove tactum

occidisse notum est. (" Sic enim Euripides in Phœniss.

ήδη ύπερθαίνοντα γεῖσσα τειχίων Βάλλει περαυνῷ Ζεύς νιν.

et Quint. Calab. δμηθέντα Διὸς σονόεντι κεραυνώ.

Vide Pausan. in Bœot. et Philostrat. Imagg. in Antigone. At Vegetius lib. 4. Qui scalis in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, a quo primum scalarum propugnatio perhibetur inventa, qui tanta mole lapidum fuit obrutus a Thebanis, ut fulminibus dicatur exstinctus." Stanl.) Hunc locum imitatus est Euripides Phæniss. v. 186. sqq.

ὶὰ Νίμισι καὶ Διὸ; βαρύδρομοι βρονταὶ, κιραυνόν τι πῦρ αἰθαλόιν, σύ τοι μιγαληγορίαν ὑπιράνορα κομίζεις.

456. sqq. τείν πλαπάζαι. Priusquam in ædes meas irruat, atque insolenti hasta nos e virgineis sedibus exturbet. πωλικὰ ἰδώλια virginum conclavia, παρθένων notum chim est, interdum πώλον dici virginem, sicut Horatius juvenes juvenos appellavit.

460. sqq. τρίτφ—λόχον. Tertio cnim Eteoclo tertia sors ex supina ærea galea exsiliit, ut Neitæ portæ cohortem admoveat. (Apud Euripidem Phæniss. 1115. Parthenopæus hauc portam oppugnat.) " Homerus Iliad γ'.

Κλήρους εν πυνέη χαλπήςει πάλλον ελόντες

2 6

Πύλαισι Νηίτησι προσθαλεῖν λόχον. Ίππους δ' ἐπ' ἀμπυκτῆρσιν ἐμβριμωμένας Δινεῖ, θελούσας ωρὸς ωύλαις ωεπτωκέναι. Φιμοί δε συρίζουσι βάρδαρον τρόπον, Μυκτηροκόμποις ωνεύμασι ωληρούμενοι. Έσχημάτις αι δ' άσπὶς οὐ σμικρὸν τρόπον. 'Ανής δ' όπλίτης κλίμακος ωροσαμβάσεις Στείχει ωρός έχθρων ωύργον, έκπέρσαι θέλων,

462. Natrue: Edd. ante Brunckium Natrues, quod Heathius metro aptum non esse primus intellexit. Natrues enius penultimam corripere necesse est. Nec vero hæ portæ Nnividis sed Nnival appellabantur. Itaque Heathius reponendum censebat Nnirauri; hactenus recte; nisi quod formæ communi Atticam cum Brunckio substituere præstat; quan etiam præbet Mosq. 1. 463. ἰπ' ἀμπυ-468. ωςοσαμζάσιι;] ατήρει»] in άμπυντήρει Ald. γ' in άμπυντήρει Rob. Conjunctim cum Brunckio scribere maluimus hoc nomen subintellecto zard. Vulg. πρὸς ἀμβάσεις.

Οππότιρος δη αιρόσθιν άφιίη χάλκιον TYXOS.

cujus ad exemplum Virgilius:

dejectaque ærea sortem Accepit galea

Sic et Statius Theb. iii.

Et jam sortitus Protheus versarat ahena

Cusside.—" Stanl.
463. sq. Inwest were well Et equos jam ad portam irruere cupientes, adversus frena ferocientes gyrat s. circumagit. Hac imagine illustratur comparatio supra v. 395. ab equo ferociente ducta. ha aparatingens intermas Sas h. l. ita dicitur ut supra xaliver zaraedpaireir. Etsi enim alias έμπυκτήρις aut έμπυκις funiculi sunt, quibus equorum capilli ad frontem re-ligantur, (das Kopfstük des Vorder-geschirrs) h. l. tamen universe de freno usurpatur. Imi, quia ferocientes equi frenis obnitentes, et ab ea via quam ingredi cupiunt identidem retracti, in gyrum ire coguntur.

465. φιμοί δε συρίζουσι βάρξαρον σρόwov. Quia statim v. 467 in fine versiculi recurrit reóno, arbitror Æschylum h. l. scripsisse βάς δας ον βρόμον, h. e. cami autem strident fero strepitu; vel, si mavis, φιροί δι συρίζουσι βάρθαen τεόμον, i. e. frena autem barbarorum ritu fabricata stridore suo tremorem s. timerem incutiust. Priori conjectura favere videtur schol. a'. qui exponit ลัสทุทที่ ที่สุด. Posteriorem præter schol. β'. illustrat similis imago v. 388. χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωτις φόζοτ. cf. etiam v. 151. sqq. v. 205. sqq. Mihi tamen βάςδαςον βςόμον maxime placet, etiam hanc ob causam, quia post Eteocles ad hac nuntii verba respiciens

δς εὖτι μάργων ἰππικών Φρυαγμά-

β εόμον φοδηθείς έκ πυλών χωρήσι-

Si vero vulgatam teneas, saltem βάς-Caer reser cum pipes potius omisso participio, v. c. τιτυγμέτω vel simili, quam cum eveicour construas necesse est. Nam frena quidem barbarico ritu fabricata esse possunt; barbarico autem ritu strepere perquam incommode dicerentur. μυντηροκόμποις πτιύμασι πλήgoύμενοι, vom Schaume des schnaubenden Dampfs der Nasen bedekt. (Casaubonus teste Burgessio in Codice suo adscripserat μυπτηροπόμπως.) μυπτηρόπεμπα Δυιύματα pro ferocientium equorum spumante anhelitu.

467. loznuáricai - reógor. Clypeus autem ejus haud vulgari modo pi-

ctus aut exornatus est.

468. πλίμαπος περσαμδάσεις, die Sprossen der Leiter, scalarum gradus. weeraulasus cum sixu construeidum, omisso zará.

Βοά δέ γ' οὐτος γραμμάτων ἐν ξυλλαβαῖς, 'Ως οὐδ' ᾶν 'Αρης σΦ' ἐκδάλοι συργωμάτων. Καὶ τῷδε Φωτὶ ϖέμπε τὸν Φερέγγυον Πόλεως ἀπείργειν τῆσδε δούλειον ζυγόν. Έτ. Πέμποιμ' αν ήδη τόνδε, σύν τύχη δέ τω. Καὶ δὴ ωέπεμπτ', οὐ κόμπον ἐν χεροῖν ἔχων, Μεγαρεύς Κεέοντος σπέρμα, τοῦ σπαρτών γένους,

*Ος οὖτι μάργων ἱππικῶν Φρυαγμάτων Βρόμον Φοδηθείς έκ συλών χωρήσεται.

472. τῷδι φωτὶ] τῷδι τῷ φωτὶ Ald. 475. καὶ δὰ πίπιμπτ', εὐ] κ. δ. πίμπιτ' εὐ Coch Reg. A. Ald. Rob. καὶ πίμπιται δ' εὐ Victor. etc. Lectio recepta Brunckio dehetur, qui eam e cod. Reg. B. eruit. καὶ δὰ πίμπιτ' εὐ Mosq. 1. παὶ δῆτα πέμπιτ' οὐ Mosq. 2. καὶ δη πέμπει οὐ Viteb. 476. TOU GREETEN] Sic Viteb. et Brunck. Vulg. Tar exactar.

470. βοᾶ—γεμμάτων ἐν ζυλλαδαῖς. Ut v. 436. χευσοῖς δὶ φωνεῖ γεάμμασικ 471. ὡς οὐδ' ἄν—πυργωμάτων. Inscriptio igitur clypei, quæ hic obliqua phrasi narratur, hæc erat :

OTA' APHE M' EKBANEI TITP-ΓΩΜΑΤΩΝ.

474. τότδε. Malim τῷδε, ut ad Eteoclem referatur, et nuntii verbis zal รจุริง คุมรา v. 472. respondeat.

σὺν τύχη δέ τφ. "Id est τινί. Male bæc vulgo accepta. vov, vy indefinita omnis sunt generis, nec co significatu της, τη adhibentur. Soph Aj. 290. ούτε του αλύων σάλπιγγος, Philoct. 39. βάπη βαριίας του νοσηλιίας πλία. 771. μήτι το τίχνη πίνως μιθινώς ταῦτα. Antig. 249. Ubivis exempla obvia. Perinde est in του, το interrogantibus. Quin plurali etiam serviunt numero. Eurip. Suppl. 135.

Plane ut nos: à qui avez-vous marié vos filles? Nescio quid argutatur ad hunc locum Matklandus, cui absurda immerito videtur illa lectio." Brunck. Recte vir elegantissimus, et σὺν τύχη di rop est i. q. non sine fausto quodam omine, s. ac feliciter quidem. Stanl. qui lectionem re expressit, sic int. Mittam jam hunc, feliciter quidem, in eum. Ne vero frigidum putes wiproip' &, cum deinde sequatur and di missumras, (in Guelf. est and dira niumer,) notandum est sigerem' ar ita dici, ut nos

diceremus: Ei ich werde ja dem wol schon auch einen schiken, und das, wie ich hoffe, mit gutem Glük. Latine sententiam hoc modo efferas: Quidni mittam, et bona quidem cum fortuna mittam? Imo vero jam missus est etc. (Anonymus apud Burgessium emendandum eenset

σὺν τύχη δί τα. haud male, ut opinor. Sed pro roide etiam ross præstare videtur; ut totum versiculum ita legamus:

สเผสอเผ่ ผึ้ง ที่อิท จตุอิย, σὺν τύχη δί τοι.

Quod autem e marg. Morell. in eadem ed. affertur σὺν τάχμ, pro σὰν τύχη, id nihili est.)

475. où zómwor ir zseoir izme breviter et acute dictum, pro οὐ πομπάζων, άλλὰ τὸ δράσιμον ἐν χιροῖν ἔχων. Ita-que nihil aliud hac locutione significari puto, quam quod alibi planius di-cit χίζεα δ' οὐ βεραδύνισαι. Scholiastæ enim β'. paraphrasis, οὐα ἀσπίδα κομσασμάτων πλήρη φίρων, nescio quomodo non placet.

477. sqq. อีร ออีสเ mágyav— χωρήσεrai. Qui nequaquam insanæ equorum ferociæ strepitum exhorrens porta egredietur. Quamquam μάργων facile defendi potest, tamen si in codicibus legeretur mágyor, id potius præferrem; concinnius enim esset, et, si modo verum, emendationem nostram, qua v. 465. βάςθαρον βςόμον legendum censebamus, egregie confirmaret. φευάγμων Xo.

'Αλλ' ή θανών τροφεία ωληρώσει χθονί, *Η καὶ δύ ἄνδρε, καὶ ωολισμ' ἐπ' ἀσπίδος 480 Έλων, λαφύροις διόμα κοσμήσει σατρός. Κόμπαζ ἐπ' άλλω, μηδ' ἐμοὶ Φθόνει λέγων. Έπεύχομαι δή τάδε μέν εύτυχείν, 'Ιω, πρόμαχ' έμων δόμων, τοῖσι δὲ δυςυχεῖν. 'Ως δ' υπέραυγα βάζουσιν έπὶ ωτόλει 485 Μαινομένα Φρενί, τώς νιν Ζεύς νεμέτωρ επίδοι κοταίνων.

Αγ. Τέταρτος άλλος, γείτονας ωύλας έχων

482. μπδ΄ έμεὶ φθόνει] μπδὶ φθόνει Rob. 483. ἐπεύχομαι δὰ πάδε] ἐπεύχομαι πάδε Ald. ἐπεύχομαι τῆδε μὲν εὐτυχεῖν, τοῖσι δὶ δυσυχεῖν Rob. Brunckio lectio debetur, quam in contextu posuimus, qui eam ex utroque Cod. Reg. adscivit. In Cod. Reg. A. contextus quidem exhibet τηθε sed superscripta est emendatio των, et addita glossa κωτώ. Ceterum versus hic est iambicus trimeter brachycatal. 484. [à] Hæc interjectio extra versus numerum ponitur, quod etiam in φω, à et à sæpe fieri solet. Ψεόμαχ' [μῶν] ωςομ' [μῶν Mosq. 2. et supra schol. βωθί τῶν. 485. ὑπίραυχα βάζουσιν ἐπὶ πτόλιι] Ita se jamdudum emendasse profitetur Brunck, antequam eandem istam scripturam ne mutata quidem littera in cod. Reg. A. reperisset. Nec aliter scribi debere ex versu antithetico intelligitur. ὑπίραν χαθάζουσ' mendose Ald. ὑπίραυχα βάζουσ' Rob. Turn. Vict. etc. ἐπὶ ωτάλιι] ἐπὶ πόλιι Ald. Vict. ἐπὶ ωόλιν Rob. 486. μαινομίνα] Sic Codd. Regg. μαινομένη edd. Brunckio antiquiores consensu. 487. VILLETME] VILLEM Mosq. 2. et supra schol. διεξαγίτω.

non solum sunt hinnitus equorum, sed omnia horum ferociæ signa, cum fremunt, exsultant, capita jactant, frenorum strepitum excitant.

479. τροφεία proprie sunt dona a filiis vel pupillis parentibus vel tutoribus ac nutritoribus gratiarum causa tributa. Ea h. l. pulchre transferuntur ad mortem hominis pro patria occumbentis. Sensus: sed vel morte sua

debitam patriæ telluri gratiam reddet. 480. Ä zai δύ' ävdet (Ä zai δή židea Grot. quod non placet. Ä ž δύ' ärdeas Guelf.) argute et cum irrisione dictum; vel duo viros, h. e. et Eteoclem, et eum quem in clypeo gerit onlirns äνδρα, una cum urbe in eodem cælata capiet.

481. λαφύροις - wareos. Aderque

patriam domum spoliis ornabit. 482. κόμπαζ' ἐπ' ἄλλω. Học non sine festiva quadam cavillatione dicitur; άλλου τινός κόμπον λέγε. Nam etsi nuntius non id agebat, ut ipse hostium robur auf ferociam jactaret aut exaggeraret, tamen ejus narratio sen.

sim sic incalescebat, ut ipse quasi in societatem ostentationis venire viderctur. Ita qui in sole ambulant, etiamsi id non agant, tamen vel inviti colorantur; et qui de magnarum rerum altitudine dicunt, ipsi inter loquendum cæco impetu attollunt sese, et in digitos eriguntur.

μηδ ίμοι φθόνει λέγων ironice idem est, ac : noli auribus meis parcere, ezaggera quantum potes istorum, qui reliqui

sunt, ferocium.

483. τάδι μὶν (τάδι μὶν etiam in Guelf. legitur) universe dicitur de Megarei partibus. Ac tuis quidem, 6 defensor domorum nastrarum, partibus for-

tuna ut adsit precor.
485. sqq. ws d -- xoraisws. Et quem-

admodum furentibus animis insolenter adversus urbem vociferantur, ita Jupiter eos vindex iratus respiciat. imidui h. l. in malam partem sumitur, de animad-

488. sq. riragres-"Oyzas 'Agaras. ('ASnivas Bar. 4. et Hesych. v. "Oynus. ubi hunc locum spectat; quod verius

"Ογκας 'Αθάνας, ξὺν βοῆ σαςίςαται,
'Ιππομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος. "Αλω δὲ σολλὴν, ἀσπίδος κύκλον λέγω,

490

489. ὅγκας] ὅγγας Mosq. 2. et supra gl. σῆς μιγαλόφρους. 490. Ἱσπομίδυντες.

Codicum et Aldinæ ed. scripturam revocavi. Nec illa metro adversatur. Litterarum, quas liquidas vocant, ea vis est et proprietas, ut quia earum sonus facile nec ingrate geninatur, brevem vocalem sæpe producant. Veram hanc observationem exemplis confirmat V. D. inter quæ est ex hac tragædia v. 549. Παρθινο-παῖος ᾿Αρκάς, quod ibi pronuntiandum Παρθινοσκάς. τόσει] κτύσει Μοςq. 1. 491. ἄλω ἄλλω vitiose Ald. πολλην] πολύς male Rob.

esse arbitror.) Apud Euripidem Ogygia porta nominatur Phæniss. v. 1124.

490. Ίππομίδοντος σχῆμα καὶ μίγας σύπος. Notum periphraseos genus, ut Πολυνίκους βία, Έπτοςος μίνος Homer. Π. ξ. 418. σχῆμα et τύπος ad corporis figuram et staturam pertinet. Sic μος φῆς τύπωμα apud Euripidem v. 163.

491. alus cum et aream, et halonem, (den Hof um die Sonne oder den Mend) quem Latini coronam s. circulum dicunt, significet, alii comparationem cum clypeo ab illo priori, alii ab hoc significatu derivandam censue-Jam etsi clypeus ob rotunditatem et magnitudinem, cum areis, in quibus frumenta triturabant, quas eo tempore rotundas fuisse constat, conferri quodammodo potest, nemo tamen hoc genus comparationis suave aut commodum dixerit. Stanleius quidem ad partes vocavit Ammianum Marcellinum; qui (lib. 24.) areis, inquit, (sic et Varro i. 51. aream esse oportet-modicam pro magnitudine segetis, potissimum rotundam, et mediahi paulo extumidam, ut si pluerit non consistat aqua etc.) medietas in sublime consurgens tereti ambitu Argolici scuti speciem ostendebat. Sed aliud est, scriptorem historicum, explicandæ rei causa, figuram arearum cum figura clypei, alind poëtam exaggerandi studio clypeum cum area comparare. Quis enim ferat: Er schwang eine Tenne, ich meine seinen Schild etc.? Itaque mihi quidem Æschylus non ad aream, sed ad halonem respexisse videtur, cum eoque clypeum non tantum ob magnitudinem et rotunditatem, sed etiam ob fulgorem comparasse. A splendore clypcos apud poetas sæpenumero laudari notum est. Sic Virgil. Æn. 734. Sic de Martis πανοπλίη Statius (Theb. iii. 222.):

. 222.): Ardentes clypeos, atque æra mican-

tia cerno.

Fulmine cristatum galeæ jubar armaque in auro

Tristia, terrificis monstrorum ani-

mata figuris Incutiens; tonat axe polus clypeique cruenta

Lux rubet, et solem longe ferit æmulus orbis.

h. e. clypei radii ab ejus orbe solis æmulo usque ad solem resplendebat; nisi solem cum ferit potius construendum, ac transitive solem ferire pro solem reddere dixit Statius: hoc sensu: und das spiegelnde Rund des Schildes wirft das Bild der Sonne surük. Si certe imaginem suam in clypeo Achilles vidisse dicitur ab eodem (Achill. ii. 190.):

Ut vero accessit propius, luxque æmula vultum

Reddidit, et similem tandem se vidit in auro,

Horruit, erubuitque simul-

In splendore quoque clypeorum terroris materiam quæsitam esse, testatur militis gloriosi (Achill. i. 1. 1.) apud Plautum jactatio:

Curate ut splendor meo sit clypeo clarior,

Quam Solis radii esse olim cum sudum est solent.

Ut ubi usus veniat, contra conserta

Oculorum præstringat aciem in acie hostibus.

Plurimum vero id quod efficere volamus illustrat Homeri locus Iliad. 1, 4. 1849. ubi Minerva Tydei galeam et ely-

*Εφριξα δινήσαντος οὐκ ἄλλώς ἐρῶ.

peum insigni fulgore circumdedisse dicitur:

Δαζί οἱ ἐπ πόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον ωῦρ,

'Ας είξ όσωρινο εναλίγχιση, ός ε μάλις α Λαμσρόν σαμφαίνηση λελουμένος 'Ωκιανώο.

Sicut igitur Homerus illius clypei fulgorem cum stellæ luce comparat, sic Æschylus clypeum magnum, rotundum, fulgentem cum sole præsertim corona cincto, abi multo major ejus facies quam alias apparere solet, clara sine dubio, ornataque similitudine comparare potuit. Et quamquam nostri forte poëtæ clypeum magnum et fulgentem potius cum ipso sole simpliciter, quam cum sole corona ciucto compararent, observandum tamen est, Æschyli ætate ejus generis meteora, multo vehementius quam nostra, hominum animos feriisse, novitate spectaculi oculos terrente; accedente etiam quæ spectandi curiositatem augeret, superstitione. Et si quis forte nobis objiceret, splendorem clypeo cælato non bene tribui, ut in quo ipsa cælaminum asperitas fulgorem minuat, eum Homeri vincerem exemplo, qui Achillis clypeo, quamvis multa in oo signa Vulcanus cælasset, eximium tamen splendorem tribuit, Iliad. 7'.

Ως δ΄ όταν έκ ανόντοιο σέλας ναύτησι Φανείη

Καιομένοιο ωυρός, τὸ δὶ καίεται ὑψόθ'

Σταθμῷ ἐν οἰοπόλφ — — 'Μς ἀπ' 'Αχιλλῆος σάκεος σέλας αἰ-Θίὲ' Ἰκανε

Kalov, šaišalios –

Que cum ita sint, equidem Virgilium quoque, ubi de Polyphemi oculo loquitur,

et telo lumen terebramus acuto Ingens, quod torva solum sub fronte latebat

Argolici clypei aut Phœbææ lampadis instar,

ibi igitur eum non magnitudinem tantum, sed etiam splendorem clypei ac solis in comparando spectasse crediderim, quasi dixerit: sein groses Auge, das einsam unter seiner Stirne, unter den sottigen Augenbranen hervor schimmerte, gros und glänsend wie ein Argelisches Schild, oder die Fakel des Phöbes. Certe id similis, quem Virgilii interpretes haud neglexere, Callimachi Iocus postulare videtur, hymn. in Dianv. 53. ubi idem de Cyclopibus:

. . Î

σων δ΄ ὑπ' ὀφεῦν Φάια μουνόγληνα, σάπει Ίνα σταγα-Cosiφ

Διιτόν ύπογλαύσοντα.

Hactenus vocabulum also in has metaphora non aream, sed meteori genus, quod Græci also, Latini circulum s. coronam appellant, solem vel lunam corona cinctam significare lectoribus persuasimus; voluimus quidem certe. In verbis autem conjunctis

άλω δὲ τε ελλην, ἀστίδος μύπλον λίγω,

ថ្ងៃកូរីឌ វិទៅបាយកូរៈ ខំរិឌ និងឯន ខ្មែរី, (Salmasius ad Solin. p. 277. ed. Traject. ita distinguendum censebat:

and it working armidos, zuzkov kife. Ona correctione nihil ad sensum proficitur, concinnitas tollitur.) non satis placet woλλήν adjectum, non quo woλύς pro magno, amplo, spatioso dici nequest, (nam de hoc adjectivi usu ex Homero aliisque liquido constat,) sed quod magnitudo imaginis co adjecto minuitur potius, quam augetur. Etenim si Æschylus clypeum cum area contulisset, nihil opus erat hyperbolen per se satis audacem, hoc additamento ad vitium usque intendere; si vero, ut nobis videtur, similitudinem ab halone duxit, ne aptum quidem satis esset epitheton, propterea quod in hoc meteoro nulla est magnitudinis varietas. Non enim nunc minori, nunc majori ambitu spectatur. Itaque haud scio an Æschylus ita scripserit:

"Αλω δ' Ιπαλλεν, ασπίδος πύπλον λέγω

"Εφείζα διτήσαντος, εὐπ ἄλλως ἰρῶ.
Halomem vero vibrabat, clypei orbem dico: Fforrus eo illum rotante; haud mentior. Er schwang ein Schild, so groz
und so glänzend als das Sonnenbild, wenn
es ein leuchtender Hof oder Ring umgiebt; ich entsette mich, da er es soschwenkte, ungelogen zu sugen. «άλλιν, quemadmodum de hastis et gladiis, sic et de clypeis motis vel gestatis bene dici, vel ex epitheto Hometico σεκίστωλες intelligitur.—εὐχ ἄλ-

'Ο σηματουργός δ' οὖ τις εὐτελης ἄς' ῆν,
'Ος τις τόδ' ἔργον ὤπασε ωρός ἀσπίδι,
Τυφῶν' ἰέντα ωυρπνόον διὰ ςόμα
Λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην ωυρὸς κάσιν'
''ΟΦεων δὲ ωλεκτάναισι ωερίδρομον κύτος

495

495. διὰ τόμα] διὰ τόματος Robi

λως ἰρῶ (in Güelf. ὁνα ἄλλως λίγω. Nempe librarius incidit in clausulam versus antecedentis, ubi similiter est λίγω) i. q. ὁν μώταια λίγω, ich vergrösere nichts.

493. ὁ σηματουργὸς δ' οῦ τις εὐτιλης ἔς ἦν. Pro ἄς ἦν in cod. Seld. (item Ask. A. C. Colb. 2.) legitur ἀνῆς, quod sane non erat cur a Burgessio vulgato præferretur. Ordo enim est: ἐ σηματουργὸς δὶ ἄρα ἀὐα ἐὐτιλής τις ἦν, anaglyphorum vero faber sane haud vulgaris aliquis fuit; et particula ἄρα asseverandi causa additur.

495. sq. Τυφῶν ἴέντα—αἰόλην συρὸς κάσιν. (Burgessius ita potius interpungendum esse existimat:

Δογνὸν μίλαιναν, αἰόλην, πυρὸς κάσιν. Sed salva est vulgata distinctio. cf. Agam. v. 503.) Typhonem ex ignivomo ore atrum fimum emittentem, volucrem s. velocem ignis fratrem. Phrasi pæne ultra dialogi tragici fastigium assurgente eloquitur, id quod simplicius dixiset: ignem et fumum emovit.

497. εύτος est ipsa convexitas s. cavitas clypei, h. e. area cava quam # avreg, quæ et irus dicitur, æreus circulus ambit. Quod zúros mspideoper cum dicitur, idem est ac τρογγύλου, area rotunda. ποιλογάτως πύπλος, επtrema clypei circumferentia magnam aream cingens. σερσηδάφισαι h. l. nihil aliud significare potest, nisi stratum est. Quamquani enim alias meorioaφίζων est solo allidere, s. solo æquare ; tamen ut simplex idapifus interdum est pavire, pavimentare, pavimento sternere, ita eadem composito quoque vis subjicitur ; omissa deinde pavimenti notione, simpliciter sternere, insternere significat. Sensus igitur est: Serpentum spiris h. e. serpentibus inirum in modum implexis rotunda area capacis s. spatiosi circuli chypeum ambientus instrata est. Germ. die runde Fläche der holböuchigen Einfassung ist mit gewundenen Schlangen bedekt, und gleichsam genflastert. Que quamquam ejusmodi non sunt, ut defendi non possint, suspicor tamen levi mutatione sic rescribendum esse:

. gbins gi myznapanel mibigbolroz zh-

Ψεοσηδάφισαι χειλογάσο<mark>ε</mark>ος πύπλος. unde saltem sensus exsistit et verbis aptior, et clypei descriptioni magis conveniens. In ipsa enim area clypei Typhonis imago czelata erat; circum ambitum vero clypei, qui et leus, et avruž, et zúzles Græce appellatur, serpentes efficti erant, multiplicibus spiris inter se impliciti. Serpentum vero spiris ambiens circulus cavæ areæ stratus. seu cinctus erat; Germ. der einfassende Ring, (oder die ringförmige Einfassung) der kolbänchigen Schildflüche war mit vielfach gewundenen Schlangen bedela. (Stanleius in versione plane sic reddidit verba, ac si emendationi nostræ favisset: ubi serpentum gyris concavi scuti circularis ambitus stratus est. At in adnotationibus, cur ita verterit, ne verbo quidem exposuit.) Certe epitheton πιςίδςομος melius τῷ πύπλφ et καιλογάτως aptius τῷ κύτιι convenit, quam vice versa. Et in clypeis non solum aream, sed etiam manubrium (σελαμώνα) et orbem æreum s. circumferentiam clypei, (Trus s. avruya) cælatis signis ornata fuisse notum est. Tilaparos exemplum Homerus habet, qui in Agamemnonis clypeo aream repræsentasse narrat Gorgonem, Terrorem ac Fugam; argenteum vero manubrium cæruleum draconem ambiisse:

Τῆσδ' ἐξ ἀργύριος πιλαμών ἦν' αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ

Κυώτεος ἐλέλικτο δεάκων, κεφαλαὶ δέ οἱ ἦσαν Τειῖς ἀμφισιφίες, ἐνὸς αὐχίνος ἐκατι-

φυνίαι. In circulo vero clypeum ambiente A- Xo.

Τοιάδε μέντοι ωροσφίλεια δαιμόνων.
Πρός τῶν κρατούντων δ' ἐσμὲν, οὶ δ' ἡσσημένων,
Εὶ Ζεύς γε Τυφῶ καρτερώτερος μάχη.
Εἰκὸς δὲ ωράξειν ἀνδρας ἀδ' ἀντις άτας
Υπερδίω τε, ωρὸς λόγον τοῦ σήματος,
Σωτὴρ γένοιτ' ἀν Ζεὺς ἐπ' ἀσπίδος τυχών.
Πέποιθα τὸν Διὸς ἀντίτυπον ἔγοντ' ἀντ. β'.

519, 520. Hos versus vulgo transpositos et perperam scriptos feliciter ordini suo veræque scripturæ ex codd. Regg. restituit doctissimus Brunck. In Ald. etc. sic leguntur:

Είκὸς δὶ πράξειν ἄνδρας ωδ ἀντισάτας. Εἰ Ζεύς τε Τυφώ καρτιρώτατος μάχη.

520. arrigaras aranginas Mosq. 1. 521. 'Tauglin vis 'Tauglin va Victorvi Viteb. 523. arangal aranga di Rob.

Nempe victoriæ spe abreptus Eteocles vix cito satis monere posse sibi videtur, Jovem semper invictum esse. Itaque eum, si logicum sententiarum ordinem sequi voluisset, sic potius collocandi fuissent versiculi:

τοιάδι μέντοι προσφίλιια δαιμόνων ποθτω τις είδε Ζῆνά του υπώμενον (qua ratione ille quidem versiculus cum v. 512—515., hic autem cum sequentibus aptius conjunctus fuisset) tamen inversam harum sententiarum consecutionem animi fervor et confidentia dictavit; quam ab ipso poëta, non a librarii errore profectam esse existimo.

517. τοιάδι μέντοι σερυφίλεια δαιμόw. Hac parum assecutus est Pauwius, qui de amicitia, qua dii suos tueantur, accepit. Nam σεροσφίλωα respicit id quod v. 512. dixerat, deos, quos amboilli adversarii inclypeis gererent, inimicitias inter se exercere; ironice igitur addit: Talis igitur est utriusque horum deorum inter ipsos amicitia. Germanice verterim: Nicht genug, dass hier Feind gegen Feind zu ftehen kömmt; auch die Götter, die sie im Gefecht auf ihren Schildern gegen einander führen werden, sind unter sich Feinde. Denn jener führet den flam-menhauchenden Typhon, Hyperbius aber den Vater Zevs auf seinem Schilde; in erhabner Stellung sitzt er da, und schleudert aus der Rechten einen feurigen Pfeil; (und dass Zevs je sei besiegt worden, hat noch niemand erlebt.) So gute Freunde sind also die Gottheiten (auf beider Schildern) unter einander.

Notanda vero est relatio inter particulas µúvros v. 517. et di post zestroures. Illud enim indicat, absolutam esse priorem sententiam, de inimicitia inter deos, quorum imagines in clypeis erant; hoc vero di innuit, jam novum inchoari enuntiatum, de superiore Thebanorum fortuna, ex Jovis signo, quod Hyperbii clypeo insculptum erat, ominanda.

518. sq. σεὶς τῶν μάχη. Nos vere a victoribus stamus, illi a victis, siquidem Jupiter Typhoëo in pugna superior est.

520. sqq. sind; \$1—ruxdu. Et hoc igitur modo illos adversarios utrinque rem gesturos credibile est; et Hyperbio, adrationem insignis, servator ut spero Jupiter erit in clypee effictus.

523. Cherus inchoatam ab Eteocle sententiam persequitur. Is enim cum de Hyperbii fortuna dixisset, superat ut etiam quid de Hippomedonte futurum esset, auguraretur. Hoc igitur Chorus hac Antistrophe supplet.

πίπωθα—lάψιν. Certo confidimus fore, ut is, qui in clypeo Jovi adversarium, et invisum terra obruti dei corpus gerit, invisam imaginem mortalibusque diis, ante portas conput confringat. In πίπωθα πὸν απίταιλια τὸν cum ἔχοντα construendus; et ἐντίτυπον ἄφιλον asyndeti figura pro ἀντίτυπον ἄφιλον ατ. ἀντίτυπον αδνεπανοι, adversarium, apte de Typhoĕo propter bellum adversus Jovem gestum; idea-

"Αφιλον εν σάκει τοῦ χθονίου δέμας Δαίμονος, εχθρόν εἴκασμα βοοτοῖς τε καὶ Δαοοδίοισι θεοῖσι, ωρόσθε ωυλᾶν κεφαλὰν ἰάψειν.

525

"Αγ. Οὕτως γένοιτο. Τὸν δὲ ϖέμπτον αὖ λέγω Πέμπταισι ϖοος αχθέντα Βορρείαις ϖύλαις Τύμβον κατ' αὐτὸν διογενοῦς 'Αμφίονος. "Όμνυσι δ' αἰχμὴν, ῆν ἔχει, μάλλον θεοῦ

530

525. δαίμονος] Ex emendatione Brunckii certissima. Vulg. δαίμοση. 526. πέος-9ε] πεόσθεν Rob. 529. πεοςαχθέντα πορςαγέντα Rob. πεοςαθέντα Vit. Βορέκιαις] Βορέαις Ald. Βορέαισην Victor. Βορέκιας Vit.

que Jovi ἄφιλο, invisum, exosum. Pro δαίμοσο certissime Brunckius emendavit δαίμονος; et quia felicem hanc con-jecturam vir doctissimus hac una ratione defendit, quod absque ca tautologia oriatur, (quam tamen effugiunt ii, qui daimosn exponunt newon, ut Schol. β'.) age firmioribus eam argumentis adstruamus. Primum vou x90sion absque substantivo parum commode poneretur. Deinde oppositionis elegantia, quæ est inter βςοταϊς το καὶ δαροδίοισι Stoiiσι periret. Tum suavior e lectione daimores exsistit concinnitas verborum. Præstat enim, vocabulo iz Sein, in quo præcipua vis sententiæ ponitur, novum comma inchoari. Denique, quo minus δαίμοσιν hac ratione defendamus, ut sit i. q. semideis, heroibus, hane ob causam impedimur, quod, etiamsi hæc vocabuli vis, de quo dubitari potest, Æschyli ætate jam invaluerit, hoc loco tamen id universe nos accipere jubet v. 517. ubi vocabulo δαιμόνων Jupiter ac Typhoëus comprehendebantur.

525. sq. ix3eo « « Respue Boorois re and depolicies Sesses. Periphrasi pro imagine annino omnibus invisa, ut Latini dicunt, diis hominibusque approbantilus. Pro urmine non ameridante.

tibus, pro nemine non approbante.
529. Βεβρίαεις ωύλωες. Apud Euripideun Phoeniss. 1115. sqq. Parthenopæus Neiten portam oppugnat.

pæus Neïten portam oppugnat.

530. De communi Zethi et Amphionis monumento cf. Pausan. ix. 17.

Toysvey, 'Augieres. Amphion enim et Zethus ex Jove et Antiope nati-

531. "Oprove & alzane. " Jastinus Epit. Trogi Pomp. lib. 43. Per en adhuc tempora Reges hastas pro diademate habebant, quas Graci sunarea dizere; nam et ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluere; ob cujus religionis memoriam adhuc deorum simulacris hastæ adduntur. Hæc Justinus, quæ Nostro miram lucem afferunt. Hasta, inquit Festus, olim summum armorum imperium significabat; neque vero tantum imperium militare, sed et summam etiam in civilibus auctoritatem hasta communiter designavit. Hinc patet hastam et exister idem olim fuisse. (Non assentior Stanleio. Namque jam apud Homerum 🖋 में 🖛 🖛 🗸 et Tope distinguuntur. Neque vero ex Euripidis loco id colligi potest.) Unde Euripides de Polymestore in Hecuba: ⁶Ος την άρίσην χιρρονησίαν αλάκα

Σατίρι, φίλιαπον λαὸι εὐθύων δορί. Sceptrum jurare apud antiquos Regibus solenne fuit; quod ex Homero liquet.

Naì μὰ τόδι σκηπτρου — Euripides δεκιον ξίφος. Plant. Curcul.

At ita me machæra et clypeus bene juvent.—" Stant.

531. μᾶλλον 91οῦ εἰδιν πιποιθώς. "Mezentius apud Virgil. Æn. x. 778. Dextra, mihi deus, et telum, quod missile libro,

Nunc adsint.

Capaneus apud Statium:

virtus mihi numen et ensis Quem teneo." Stanl. Adde ejusd. lib. ix, 547. ubi idem CaΣέβειν σεποιθώς, όμμάτων 9 ὑπέρτεςον,

H μὴν λαπάξειν ἄςυ Καδμείων, βία
Διός. Τόδ αὐδᾶ μητρὸς ἐξ ὀςεσκόου
Βλάςημα καλλίπςωρον, ἀνδρόπαις ἀνής.
Στείχει δ Τουλος ἄρτι διὰ σαςητόων

"Ωςας Φυούσης, ταρφὸς ἀντέλλουσα θρίξ.
Ο δ ἀμὸν, οὅτι σαρθένων ἐπώνυμον
Φρόνημα, γοργὸν δ ὅμμ. ἔχων σροσίςαται.
Οὐ μὴν ἀκόμπας ός γ ἐφίςαται σύλαις.
Τὸ γὰρ σόλεως ὅνειδος ἐν χαλκηλάτω

540

533

532. διμάτων S' ὑπίρτιροι] διμάτων ὑπίρτιρον Rob. 533. βία Διὸς] βία δορὸς Rob. 534. μητρὸς] ματρός. 539. γιοργὸν δ'] καὶ γιοργὸν δ' Ald. 540. εἰν μὴν] οὐ μὴν δ' Viteb. ἀπόματατός γ'] ἀποματατός γε Ald.

paneus telum immane lacerto librans hortatur:

ades ô mihi, dextera, tantum Tu præsens bellis, et inevitabile numen.

Te voco, te solam superûm contemtor adoro.

" Hinc quoque lineamenta sumsisse videtur, quibus Idæ ferocem expressit indolem Apollonius Argou. i. 466.

"Ism గ్రామ్ కేర్యల వియ్యంగా, కూడా జూక్రిపర్యంగా జేసిసిమా

Kudos iri στολίμωση ἀτίρομαι, οὐδί μ'

Ζεὺς τόσον, ὀσσάτιον τερ ἐμὸν δόρυ, μὰ νύ τι Ψημα

Δοίγιον ἔσσεσθαι, μηδ' ἀπράαντον ἄιυ-

"1dem toxomívelo, zad el Deds åvriógro." Brunck.

534. μητρὸς ἰξ ἐρισπόου. "Schol. a'. Antiopam vocat. Sed Euripidi 'Ασπλάντης γόνος dicitur, (Pheniss. 149. 1117.) ut et Ovidio. cf. et Apollodorlib. iii. Servius ad vi. Æneid. alios nominat parentes." Stanl.

535. βλάσημα καλλίπρωρου, ἀνδρίπαις ἀνάρ. " De pulcritudine Partheμορεί Statius Theb. iv. 251. •

Pulchrior haud ulli triste ad discrimen ituro

Vultus, et egregiæ tanta indulgentia formæ.

Nec desunt animi, veniat modo fortior ætas."

536, 537. suxu-Beig. Seus Quouons vel ab Toulos regitur, vel a suepus

artilance 2018, quam rationem secutus est in versione Stanleius: Huic commodum inserpit per malas lanuga, creber nascentis publis exurgens pilus; vel denique, quod optimum videtur, signs quodons genitivi sunt absoluti, et commata cum Brutckio post wagnibur et quadras ponenda. Sensus: Et jane et genas lanugo opacat, crescente pubertate (Abreschius signs quodons ita explicat, ut intelligatur asiris, actate ipsum (Toulos) gignente. cf. lexic. Æschyl. in quant public, creber pilus exoriens. Compararit Stanl. Hom. Odyss.

— σείν σφαϊίν ύπο πεοτάφωσιν ίθλες 'Ανθήσαι, πυπάσαι σε γίνος εὐάνθιϊ λάχνη.

538. over was Siver i retruer. Allusio ad nomen Parthenopæi, quod deinde diserte enuntiat. Er hat einen rauhen keinesweges jüngferlichen Sinn, oder Muth. sies, h. l. de ferocia et fortitudine, ut sevus apud Virgillum.

539. γος γὸτ δ ὅμμ' ἔχων. Sic Eurip. Phæniss. v. 145. de eodem: ὅμμασι γος γὸς, ιἰσιδείν νιανίας.

540. οἱ μὰν ἀκόμπακός γ' ἰφίςαται πύλαις. Neque vero ipse sine jactatione accedit ad portam. ἀκόμπακο ad superbum clypei insigne pertinet.

541. πόλιως ὅνισος appellatur Sphinx, quia Thebis fædam calamitatem inferebat. Hic igitur ὅνισος malo sensa ponitur. At bono contra apud Epris

Σάκει, κυκλωτώ σώματος προθλήματι, Σφίγγ' ωμόσιτον προσμεμηχανευμένην Γόμφοις ενώμα, καμπρου έκκρους ου δέμας: Φέρει δ' ὑφ' αὐτῆ φῶτα Καθμείων ένα, 'Ως πλεῖς' ἐπὰ ἀνδρὶ τῷδ' ἰάπτεσ βαι βέλη!

545

543. το εστιμηχανιυμίνην] το εστιμηχανιυμίνη Ald. το εστιμηχανημίνην Rob.

pidem Phœniss. 1748. Σφιγγὸς ὅνωδες, cum respectiu ad Œdipum, cui victoris de Sphinge reportata magnam
gloriam attulerat:

543. Zpiyy spissirov. Comparetur Duripidea Sphingis descriptio, Phæ-

niss. 1030.

Μας, ίδας, δ στιρούσσα, γες λόχιυμα τιρτέρου τ' Έχίδνας Καθμείων άρπαγά

καθμείων άρπαγά ωολόφθορος, ωολύτονος μαξοπάρθενος, δάίον τίρας φοτάσει ωτεροίς, χαλαϊσί τ' ώμοσίτοις,

543. sq. Ψεοεμιμης απισώνην γόμφοι. Clavis affizam. Nimirum Splingis emblema clavniis vel cunecilis ad fundum clypei affixum etat. λαμπροι de fulgore aeris, ex quo Sphingis simulacruit fabricatum erat. Ιππροιστό ob horribitem figuram. Nam ἰππροιστόν quoque ad splendorem cum Abreschio trahere non placet.

742. pieu vo opi avin para Kadaiiav va. Ea vero Sphinx unum Thebanum civem fert, pedibus subjectum. Ita scilicet sdornatem erat Sphingis signum, ut ore arreptum pedem vel aliud membrum hominis mordicus teneret, relicant eius campor redibus subjecto.

quo ejus cotpore pedibus subjecto.

5 to. of white in deleging than in the circum (scil. Thebani 'civis in clypeo imaginen) multa tela conficiantar. Germ so dass disser gute Thebaner eben weil er auf dem Schillte steht) eon vielen Pfeilen beschossen wird. Hae sententia milit alind significatur, quam Parthenopæum; utpote bellicosum virum et in præfio acrem, nullum tempus intermittere, quin corpus periculis et elypeum hostium telis objiciat; indeque in civis Thebani effigiem multa tela conjici. Hae same tacillima est et simplicissima verborum interpreta-

tio, in qua quidem acquierendum puto, nisi hoc simul innui velis, consulto Parthenopæum Cadmei civis etiam imaginem clypeo addidisse, ut significaret, quemadmodum hoc simulacrum multis hostium telis petatur, sic se ipsum quoque multos Thebanos occisurum. Sed reconditus hic est verborum sensus, quo facile carere possumus. Etenim, si cogites, nuntium continuo sequenti versu ad fortitudinem Parthenopæi describendam transire: ix3òv 8 lonus so narmanoru paign;

nihil aliud indicare videtur ista, quapræcedit, observatio,

केंद्र को डॉ है कि के रहेश कहेंदें कि की एक का विदेश, quam multa in clypeum Parthenopæi, adeoque in ipsam Cadmei civis effigiem tela conjici, quod fieri non posser, nisi Parthenopæns fortiter pugnaret, clypeumque perpetuo hostibus obverteret. (Itaque et Homerus II. à'. 570. sqq. ubi Ajacis fortitudinem prædicat, multa hostium jacula partim in ejus clypeo, partim circa eum in terra defixa esse narrat.) Sic si hodie miles aliquis legionarius diceret : In dieser Schlacht ist der Adler in der Fahne unsers Regiments brau durchlochert worden; id utique honoris causa, et virtutem legionis jactaturus diceret. Jam aliorum interpretum commenta breviter percenseamus. Scholiastes uterque verha sic intellexit : civem Thebanum in clupes tam misere a Sphinge laccratum esse, quasi, multis hostium telis laceratus fuisset. Id antem nullo pacto e verborum structura effici potest. Panwing ώς ωλείς' έπ' ανδεί τῷδ' ἰάπτισ Βελη sic vertit : Quam plurima in virum hunc conficiuntur tela; quasi nuntius moneat, ut virum hunc, si possent, urbi propter ipsum insigne maxime invisum cito de medio tollerent. Verum, Έλλων δ' ξοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην,
Μακράς κελεύλου δ' οὐ καταισχυνείν πόςον
Παρλενοπαίος 'Αρκάς' ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνήρ,
Μέτοικος, 'Αργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφὰς,
Πύργοις ἀπειλεί τοῖσδ', ά μη κραίνοι λεός.
'Έτ. Εὶ γὰς τύχοιεν, ὧν Φρονοῦσι, πρὸς λεῶν

550

549. 'Açaás' ò di] 'Açaàs o de Rob. hic male repetitum.

551. raied] dur R. Sed id ex verse

si quid video, ista versio prorsus a grammatica ratione abhorret; quis enim unquam audivit, de cum infinitivo constructum, imperativi vim secum ferre? Neque vero võis and commode potest ad ipsum Parthenopæum referri, cum his verbis eundem indicari olarum sit, quem versu antecedente ไทย Kudusiur para tragicus appellaverat. Heathius denique sic cepit: Thebanos in propugnaculis stantes et Parthenopæi insigne in eorum contumeliam ostentari ratos iracundia furentes, jam eum quamquam ex longinquo jaculis petiisse. Quod quamquam reliquis commentis melius et verbis aptius est, non tamen, quomodo Thebani e longinquo clypei insigne oculis comprehendere potuerint intelligo.

547. ἐλθὰν δ ἔμεκν. Hoc loco veram particulæ δὲ potestatem negligi nolim. Nam non solum ea quæ sequentur cum versu antecedente vincit, sed hujus etiam sententiam illustrat et confirmat. Latine verteris: ET SANE huc venisse non videtur bellum cauponaturus. Id igitur proxime cum iis cohæret, quæ versu antecedente dixerat, multis telis elypeum peti. καπηλείων μάχην primum est hellum lucri causa gerere; ex bello lucrum quærere. Sic Ennius apud Cic. de off. i. 12. cauponari bellum dixit. Pyrrhus enim, cum de captivis redimendis ageretur, pæclare sic respondet:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,

Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,

Ferro, non auro vitam cernamus utrioue.

itaque couponantes bellum est i. q. ex bello questum facientes. Verum ab hoc

Æschyli loco lucri notio prorsus abhorret. Itaque sicut idem teste Etymol. M. auctore (ν. Κάσηλος. Item Suid. ead. ν.) σάντα τὰ δίλια αξαπλείων μάληνη nihil aliud est, nisi bellum haud serio, sed dolose tractare, h. e. quærere, qua arte, quove dolo pugnæ discrimen effugere possis. Germ. Und in Wahrheit, et hat gar nicht das Ansehn, als ob er hergekommen wäre, sich hinter dem Treffen listig wegzuschleichen.

548. μακεῶς — πόςον. Nec videtur longæ viæ iter, ignavia scilicet, et socordia, aut prælii detrectatione, dedecoraturus. ("Plerumque πόςος dicitur de trajectu fluminis breviori; nonnunquam tamen de itinere et transituquovis etiam longinquo et spatioso. Vid. Herodot. vii. 183. Parthen. Erotic. c. 27. et quæ hanc in rem dictasunt ad Xenoph. Ephes, lib. i. p. 19." Abresch.)

550. μίταικος, non civis Argolidis, sed colonus inter Argivos, et inter eos educatus.

"Agysi & luvívus zalàs reopés. Et Argis pulcra educationis ac nutritionis pramia retributurus.

551. πύργοις ἀπιιλιῖ σῶσδ (scil. διινὰ) ἄ μὴ κραίνοι Θιός. Turribus hisce atrocia minatur, qua utinam ne deus rata habeat.

552. sqq. si yèę rúxusr-iloiure. Hec verba Pauwius ita interpretatur: Utinam evenirent illis, qua spirant issi illis improbis jactationibus, profecto omnes perirent funditus. Sed primum particula yèç, ut sæpe, includit tacitam ejus, in qua alter loquentium proxime finierat, affirmationem; deinde rúxusr weis Señ de eadem re dicatur necesse est, de qua versu antecedente

Αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοσίοις κομπάσμασιν,

"Η τ' ἀν ωανώλεις ωαγκακῶς τ' ὀλοίατο.
"Εςιν δὲ καὶ τῷδ', δν λέγεις τὸν 'Αρκάδα,
'Ανὴρ ἄκομπος, χεὶρ δ' ὁςᾳ τὸ δςάσιμον,
"Ακτως, ἀδελφὸς τοῦ ωάρος λελεγμένου
"Ος οὐκ ἐάσει γλῶσσαν ἐςγμάτων ἄτερ

\$55

553. πομπάσμαση] Ob sequentem vocalem Brunckius e codd. Regg. adjecit • ἐφολχυσικὸ, vulgo cum scriberetur πομπάσμασι. 555. ἔση] ἔσι Rob.

promuntiatum erat & mi zenivos Irós. Verus igitur proculdubio sensus hic est: (Non nego gravia et atrocia esse quæ iste turribus nostris minatur.) Etenin si isti ea quæ cogitant a diis obtinere impia ista jactatione possent, certe (turres nostræ) funditus et pessime perirent. Ita warehus ad wieyers v. 551. non ad oppugnatores refertur. zopowós paso epitheto aptissime delecto. Tantum enim abesse significat, ut insolenti ista jactatione quidquam proficiant, ut eadem potius propter impietatem deorum iram et vindictam sibi contrahant. Respicit autem Eteocles id quod Parthenopæus v. 531. haud sine deorum contumelia dixisse ferebatur. Vernacula igitur v. 552-555. sie redAiderim: Ja wenn sie freylich durch jene gottlosen Grosssprechereyen die Götter vermögen könnten, ihnen ihre stolzen Absichten zu gewähren, so würden sie (unsre Thurme) freylich von Grund aus erbärmlich zerstöret werden. So aber wird dieser Arkadier auch an dem Actor seinen Mann finden etc. Sed Pauwii rationem si quis forte prætulerit, eam e versu 568, 569. adstruere possit.

556. dene axopero, xile d' de rè de rè de supero. Si vera est lectio, quam quidem Scholiaste utroque et Tizetze (is enim notante Abreschio Chiliad. iv. v. 994. hunc in modum interpolat:

v. 994. hunc în modum interpolat:
Νοῦ μὶν ἐπόμπατος, χιὸς ὁ ὁρῷ τὸ
δράσιμον.)
antiquiorem esse oportet, ἑρῷ satis audaci παταχρήσιι positum sit necesse
est, pro οἰδι, novit, seit; seine Hand
aber kennet Thätigkeit. Si quis autem
hac metaphora non delectetur, ei au-

otor sim, ut rescribat :
 Arde ακομπος, χείρα δοςύ σε δεάσιμος.

Sæpe enim arma et manus, ubi de fortitudine agitur, deinceps ponuntur. (Sic Stat. Theb. ii. 622.

Heu socii, nullæne manus, nulla ar-

ma valebunt?) zijea dederups esset manu fortis; daed dederups, acer et arduus hasta, at Virgilius locuitur An. xii. 789.

gilius loquitur A.n. xii. 789. 557. adalphs rei wages lalayuisee. Hyperbii scilicet.

558. sq. is our last ylüsent leyaden in arte leu avlür fissent àllainte nand. Hoc loco ambiguitas oritur o vocabulo ἐργμάτων, cum ἔργμα et septum, i. q. lenes, et facinus, opus, i. q. leyer, denotare possit. Stanleius posteriorem notionem amplexus vertit: qui non sinct linguam sinc operibus intra portas irruentem augere mala. Multo autem nobilius Æschyloque dignius videtur leymarus de aggere accipere, qualis exundantibus fluminibus opponi Orationis autem, ni fallor, structura hæc est : ຢີເ ອປະ ໄດ້ອະເ ງາລັດອະນາ leyμάτων άτις βίουσαν έσω πυλών άλ-δαίνων καπά, qui sane linguam Parthenopæi immodice jactabundam, non sinct (torrentis ritu ultra ripas exundantis) absque aggere (quem potius sat cito ei opponet,) fluentem, intra portas, h, e. in urbe mala augere, terrorem nimirum civibus incutiendo. (Germ. der nicht seumen wird dem Strome seiner Zunge einen Damm entgegenzusetzon, damit er nicht in der Stadt noch Uebel ürger mache.) Verbo jum proprie utitur Homerus de fluminibus, a quibus, cum exundant, pontes disjiciuntur, et perrumpuntur aggeres; v. c. Il. c. 87. ubi de Diomede:

Θύνι γος άμπιδίω, ποταμώ πλάθοντι ἱωπώς, Χιμαίρη, ός ώπα βίων intenses γα-Θύακε. "Εσω συλών δέουσαν, άλδαίκειν κακά, Ούδ' εἰσαμεῖψαι Απρὸς, ἐχθίςου δάκους,

560

560. ix 9isou] adixou Rob.

Τόνδ' ουτ' άς τι γίφυςαι διεγμέναι ίσχανόωσιν, Ουτ' αξα έξχεα ίσχει άλωάων έξιθη-

et Il. ¿. 746. ubi Ajaces dicuntur Tro-

janos repressisse:

- ώσπες τέςὼν ίσχάνει ύδως 'Υλήςις, πεδίοιο διαπρύσιον σετυχηκώς. "Οσε καὶ ἰφθίμων ποσαμών άλεγεινά . pisten

Ισχεν, άφας δέ τε πασι ρόον πεδίονδε wi2noi

Πλάζων, οὐδί τί μιν σθίνει βήγνυσι p 607785.

Quemadmodum igitur supra, comparatione ab incendio sumta, de dissipatione rumorum dixit poëta σαχυβρό-Sous doyous into Sai nai patyeir neetas οπο, sic h. l. similitudine ab exundante fluvio petita superbiloquentiam Parthenopæi magno cum strepitu minas effutientis, quæ cives terrere potuissent, appellat γλώσσαν ρίουσαν. Quod autem άλδαίνων κακά ad timorem civium, quem ex auditis Parthenopæi minis concipere possent, pertineat, cum per se satis manifestum est, tum aliis etiam locis comparatis clarius apparet. Ita v. 502. φόδον γλε ήδη τερός πύλαις κομπάζεται, nihil aliud significabat, quam Hippomedontem jam ante portam fugam ac timosem jactatione sua minisque atrocibus ciere. Et v. 195. Eteocles Chorum nolebat propter metum τὰ τῶν θύρα-Der agis' δφέλλειν, quod idem est ac ίσω συλών κακὰ ἀλδαίνων. Ceterum Burgessius pro jiouras emendabat Spioueav, hac interpretatione usus : qui non sinet linguam quæ frustra intra septum ejus in ore tumultuatur, mala augere, et crsequi, quæ minatus sit. కేరబ జాలసిము nimirum post Bern. Martinum V. L. i. 9. sic intelligit, ut Homerus lexes odov-TWI (Il. d'. 350. et sæpius) et Euripides τόματος στύλας (Hippol. 882.) dixit. Verum si hoc innuisset Æschylns, ei potius, ut opinor, ເຮັພ ສາມλών, quam ἔσω πυλῶν scribendum fuisset.

'500. oud' elemmer das Angos, ex Disou

δάκους, είχὰ φίροντα πολεμίας ἐπ' ἀσπίdoc. Stanl. int. neque intrare eum sinet. qui bestiæ inimicissimi morsus imaginem. fert in hostili chipeo. Is igitur iz 9/500 dazous non appositum esse vocabulo Ingos, sed potius ab co regi existimavit. At, ut alia hujus versionis incommoda præteream, dénos morsum significare non memini. Est potius bellua, vel bestia seu dentibus, seu veneno De Sphinge dentibus et unnocens. guibus Thebanos lacerante nibil aptius. Sed si dans h. l. beluam significat, duplex est, quam inire licest, ratio et via constructionis. Vel enim genitivus aneis ab alio genitivo ix 2 isou dánous regitur, sicut Euripides ap 2017 a dána Ingier dixit Hippol. v. 646. quod tamen ob ambiguitatem structuræ, et genitivorum, alius ab alio recti, coacervationem non placet; vel iz 9/500 dánous est irsznynous vocabuli Incos, et utrumque appositione jungitur : hoc sensu: neque sinet eum intrare, qui in hostili clypeo gerit imaginem FERE, INI-MICISSIME BELUE. Que ratio, quamquam inter eas, quas exposui, longe optima est, nondum tamen ita mihi satisfacit, ut in ea prorsus acquiescam. Etenim si esset Ingos insirou, vel Ingos σούτου, plane non offenderer hac appositione ix Sirou danous. Nec magis eam sollicitandam putarem, si She de Sphinge zar' iğoziv, olim usurpatum fuisset. Nunc cum 9he universe quamcunque beluam aut feram notet, nec h. l. pronomine quodam demonstrativo ad propriam Sphingis naturam traductum sit, Inges, έχθίσου δάπους sixà haud secus ad aures accidit, ac si Latine diceres: bestiæ, immanis beluæ imago; ubi statim succurrit quærere: cujusnam tandem bestiæ, aut beluæ? Certe parum definite Æschylus cogitata elocutus fuisset; quod genus vitii ab hoc scriptore alienissimum est. Suspicor itaque poëtam scripsisse:

ούδ' είσαμείψαι Σφιγγός, έχθίσο

δάκους sinà Pigoren etc.

Είκω φέροντα ωολεμίας επ' ἀσπίδος. Εξωθεν είσω τω Φέροντι μέμψεται, Πυκνοῦ κροτησμοῦ τυγχάνουσ' ὑπὸ ωτόλιν. Θεών θελόντων δητ' αν άληθεύσαιμ' έγώ.

Ίχνεῖται λόγος διά 5ηθέων 50. %. 565 Τριχὸς δ' ὀρβίας ωλόκαμος ίζαται, Μεγάλα μεγαληγόρων κλύων άνο-

563. πεοτησμού] Recte Brunckius hoc restituit, antea conjectura, post etiam in Codd. Regg. repertum. Vulg. zeoriepav, quod barbarum esse recte idem Brunckius pronuntiat. 564. čňo ži] Ita versus explendi causa rescripsit Brunck. Siūr Silvivar d' ži ži. iya Ald. Rob. Sic et cod. Reg. B. In Reg. A. omittitur di. Pauw. conj. S. S. d' ži. iya. Sed particula potentialis ži hic abesse nequit.

h. e. Neque sinet eum qui Sphingis, immanissima bestia, imaginem in clypeo gerit, intrare. Nec difficile est conjicere, quo pacto Speds pro Epipyds in textum venerit. Forte in glossa interlineari vocabulis 1x9irou danous superscripserat aliquis Ingos, quo nimirum Saxous explicaret ; deinde id, ut sæpe, in textum receptum verum vocabulum exturbare potuit. Certe in Guelf. superscriptum legitur: σοῦ μεμισημίνου S ngίου. Nec repugnat Scholion ejusdem cod. margini adscriptum : " " ούπ ιάσει την γλώσσαν του Παρθενοπαίου σην χωρίς Ιργων ρίουσαν ήτοι Βολλά λέγουσαν αὐζάνιιν τὰ κακὰ, ἐ λίγιι, ἰλ-Βοῦσαν εἴσω τῶν πυλῶν, ἦτοι αὐτὸν τὸν Παρθενοπαίον φέροντα έπὶ τῆς Ψολεμίας ἡμίν εἰκόνα τοῦ με μιση μένου θηelov της Σφιγγός οὐκ ἰάσει είσα-μεῖψαι ਜτοι είσελθεῖν.—Quod reliquum est, vulgatam, nisi codicum auctoritas accesserit, damnare non ausim; eamque defendendi mollissimam rationem arbitror hanc, ut Ingos pro Ingos iziiyou positum esse dicamus.

561. tind. "Sic in utroque cod. Reg. scriptum. Recte. Diversæ formæ sunt, sinàv, sinóvos, et sinà, sinous, acc. ilzá. Eurip. Hel. 73.

- izdísny dew Τυναικός είκω φόνιον, ή μ' ἀπώλεσεν et Med. 1162." Brunck.

562. "Eğuder elew דשָּׁ סְנֹפָסִידִי מְנֹשְּעִים" σαι, Πυκνού κροτησμού τυγχάνους ύπὸ -τόλι. Sensus facilem habet explicationem: Sphinz illa in clypeo efficta, extrinsecus introrsum, nempe ad Parthenopæum, illum clypeum ferentem, conversa graviter conqueretur, ob crebros ictus telorum et hastarum, quos ante urbem accipiet. Sed v. 562. desideratur copula; non enim Æschylus ahruptum ejusmodi orationis genus amat. Itaque vel sic legendum:

n "ξωθεν είσω τῷ φέροντι μέμψετας vel secundum Cod. Barocc. 4- scriptu-

τεωθεν είσω τῷ φίροντι δὶ μίμψεται. (In Cod. Guelf. est igusis d' elou vo φίροντι μίμψιται. Sed eum locum per metri leges particula 3ì occupare nequit.)

564. Osav-iya. Vera igitur dire-

rim diis bene volentibus.

565. In tertia Chori antistrophe, quamquam verba per se spectata timoris indicium habere videntur, tamen ob Eteoclis orationem proxime præcedentem, confirmandis animis metuique abstergendo maxime idoneam, præstat ea de summo horrore intelligere, quem Chorus ex impietate Parthenopæi, deorumque contemtu perceperit.

inveiras doyos dià en Siev. Pectus penetrat sermo. Loyos nimirum de universo argumento colloquii de Parthenopæi insolentia inter Eteoclem et

nuntium habiti capiendum.

566. τείχος-Ίςαται. Et arrecti præ horrore stant capilli. τειχός πλόκαμος

h. I. periphrastice pro Seig. 567. μεγάλα-άνοσίων ανδρων. Αυditis magnis scil. conviciis superbiloquentium impiorum virorum. Ellipsis 21

σίων ανδρων. Είθε γάρ θεοί Τούσδ ολέσειαν έν γα.

"Αγ. "Εκτον λέγοιμ' αν ανδρα σωφρονές ερον 'Αλκήν τ' άριςον, μάντιν, 'Αμφιάςεω βίαν. 'Ομολωίσιν δε ωρός ωύλαις τεταγμένος Καχοῖσι βάζει σολλά Τυδέως βίαν Τὸν ἀνδροφόντην, τὸν σούλεως ταράκτορα, Μέγιςου Αργει των κακών διδάσκαλον,

575

570

568. 1791 yaz 9101] Sic optime Brunck. ex utroque cod. Reg. Eandem lectionem præbet Mosq. 1. Vulgo cum pessimo hiatu i De oi Deoi. 570. rapporist-[00] Hæc lectio, quam ex Ald. Rob. Mosq. 2. revocavi, aptior est huic loco, quam superlativus σωφεονισάτον, quem Brunckius edidit. 572, 573. Male in Aldina omissi. 574. TREÁRTOCA] GRAZÁRTOCA 573. βάζει] βιάζει Rob. Cod. Reg. A.

substantivi post μιγάλα indignationem loquentium decet. Fieri tamen potest ut μιγάλα eodem modo dictum sit, quo v. 485. ὑπίραυχα, ac simpliciter ρήματα, non autem λοιδορήματα aut gravius ejus generis verbum subintelligatur.

568. είθε γάς. Cavendum est, ne omittatur h. l. vis elliptica particulæ γάρ; quæ sæpe respicit brevem aliquam sententiam, omissam illam quidem, sed facile supplendam. Sensus est : Utinam eos dii perdant ; merentur ENIM.

569. ἐν γῷ scil. τῷδι, ne incolumes

in patriam revertantur.

570. Post insolentium aliquod virorum inauditam superbiam, ferociamque immanem et cum ipso deorum numinis contemtu conjunctam, suaviter animum spectatoris reficit Amphiarai, hominis modesti ac sobrii, nec tamen ideo minus ad agendum promti, pulcherrima sane imago, et a poëta quidem nostro sic efficta, ut in alienæ personæ moribus ipse animi sui magnitudinem signis haud obscuris expres-

σωφρονίτερον άλκήν τ' άριτον. Modestiorem quidem quam illos, eundem tamen et fortissimum.

572. Ouedwien. Prætiden portam. Amphiarao assignat Euripides Phœniss. v. 1120.

573: κακοίσι βάζει στολλά Τυδίως βίαν. Tydeum vehementer probris incessit, multis eum conviciis alloquitur.

"Pari modo Hesiod. 'Eey. v. 186. Μέμψονται δ' άρα τοὺς χαλιποῖς βάgore' imisees, s. prout Henry Steph. in Th. L. Gr. legit βάζοντις ἔπισσι." Abresch.

574. ἀνδροφόντην. Tydeum cædis perpetratæ causa exsulem Argos confugisse, consensu narratur a scriptoribus. Quosnam vero occiderit, ambiguum est. Diodorus Siculus Lycopeum et Alcathoum, ejus patrueles, nominat. Apollodoro autem teste, fuerunt, qui solum Alcathoum Œnei fratrem, alii, velut Alcmæonidis scriptor, qui eum Melanis filios Œneo insidiantes, nempe Phineum, Euryalum, Hy-perlaum, Antiochen, Eumeden, Sternopem, Xanthippum ac Sthenelum; alii, ut Pherecydes, qui ipsum Ole-nium fratrem suum occidisse traderent. Rursus apud Hyginum fratrem Menalippum in venatione occidisse dicitur. Eustathius vero docet, affines, Lycopeum et Alcathoum, seu ob insidias Eneo structas, a Tydeo interemtos esse, simulque eum quamvis invitum et imprudentem Melanem patruelem occidisse.

τὸν στόλιως ταράκτορα. Civitatis Argorum turbatorem.

575. μέγισον — διδάσχαλον. Maxi-

mum Argivis malorum magistrum. Utroque igitur convicio Amphiaraus belli adversus Thebanos suscepti præcipuum auctorem fuisse Tydeum querebatur.

Έριννύος κλητήρα, ωξόσπολον Φόνου Κακών τ' 'Αδξάς ω τώνδε βουλευτήςιον' Καὶ τὸν σὸν αὖλις ωρόσμοςον ἀδελΦεὸν

576. 'Egiptos adnthem. Furia vocatorem s. praconem. Quia Edipus filios suos his diris devoverat, ut ipsi mutuis cædibus se invicem conficerent, aptissime patris scil. furiam provocasse dicitur Tydeus, quoniam bello isto conflato occasionem patris diras perficiendi ipse arcessiverat. «pérmador pérou, ministrum oædis; péros omnino ad stragem in hoc bello edendam pertinere videtur.

577. ซสรอัง — ดิงบาง เบาท์อเจง. Et omnium horum malorum Adrasto suasorem.

Omnino tota hæc narrationis pars de probris ab Amphiarao in Tydeum conjectis insignibus ornatur artis tragicæ notis. Primum enim perturbatio quædam verborum inest, narrantis affectum significans. Nam post ron deδροφόντην omissum est, καλών αὐτὸν, ut nuntius ipse, accelerans orationis cursum, jacta in Tydeum convicia sua quoque sententia comprobare videatur. Deinde, ut mos est iratorum hominum, eadem probra aliis verbis enuntiata hic repetuntur. Versus enim 575. et 577, eandem fere vim habent, nec Έρίννυος κλητήρα et πρόσπολος φόmultum inter se differunt. Denique in ipsis his conviciis admirabiliter et vatis dignitas, et orationis tragicæ decor servatus est.

578. sqq. Καὶ σὸν σὸν αῦθις πρόσμορον ἀδελφιὸν

Έξυντιάζων διομα, Πολυνίπους βίαν, Δίς τ' ἱν τιλιυτή τοῦνομ' ἰνδατούμινος Καλιί, λίγιι δὶ τοῦτ' ἔπος διὰ τόμα.

Incredibile est, quas ad ineptias abierint Scholiaste, ut se ex h. l. difficultate expedirent. Primum enim igualicio sopia interpretantur ενεστύεται, ίτυμολογείν. Nihil vidi magis ineptum. Quomodo enim huic verbo, cui resupinandi notio inest, ea vis tribuatur, ad quam ne audacissima quidem translatione unquam detorqueri potuisset? Deinde δίς τοθνομέ ἐνδατούμενος reddunt bifariam nomen dividens. Allusionem ad Polynicis nomen h. l. tangi certum est. Nimirum Amphiaraus eum πολλών νικέων ἐκώνυμον nomipaverat, At quis unquam ab Ær

schylo exspectet, ut hanc rem tam jejune, tam exiliter, tam inepte elocutus sit, quam ineptis illis Græculis in mentem venit hariolari! Quis quæso ferat poëtam nedum tragicum, qui allusionem ad vim nominis Hodurizous factam esse memoraturus, hoc ita describat : Bifariam secuit nomen, h. e. in Πολύ, et Nείκος? Grammaticum aliquem in ludo litterario prima pueris elementa tradentem, non autem poëtam generoso spiritu inflatum audire tibi videaris. Accedit, quod ineptissima sic oritur tautologia. Nam si ίξυπτιάζειν ένομα jam significat τὸ ένο-μα άναλύειν, s. έτυμολογείν, cur idem sequenti versu horridius etiam et j junius dicatur? Neque vero, si Æschyli verborum copiam et varietatem recordamur, credibile est, eum bis vocabulum overa binis versiculis continentibus tam insipide repetiisse: Quæ cum ita sint, mihi quidem videor et versus 578. una syllaba defecti mensuræ, et universæ sententiæ, ut nunc est, omnem interpretandi sollertiam aspernantis, integritati quam fieri possit optime consulere, sic emendando:

Kai vòr vòr aŭdis meóspoes is adelφιèν Εξυστιάζων δμμα, Πολυπίαυς βίαν, Δύς ηγον αὐτῷ τοΫνομ' ἐνδατέμενος, Kalei, liget de rout' fres dia comm. Deinde vero vicissim in infelicem tuum s. malo tuo fato tibi natum fratrem vul-tum reflectens, Polynicem, infaustum ei nomen exprobrans, vocat, et his eum verbis affatur. ωρόσμοςος άδιλφιδς Eteocli Polynices dicitur, non quod ei certum interitum portendat, (nam id quidem nuntius regi non oggessisset,) sed pe-tius quod ei malo fato natus sit, ut qui jam bello eum persequatur, quo sane, absque eo fuisset, Eteocles carere poterat. Itaque meierneen nec cum Schol. a. agioSávarov, neque cum Scholio, quod e cod Reg. Brunckius affert, AdnosoSávaros, ron lygus Sa-งส์รอบ อังรฉ interpretor (scite enim Brunckius: næ melior, inquit, Amphiarao ipso, vates erat nuntius ille, qui jam præviderat Polynicem in præ-

Έξυπτιάζων ὅνομα, Πολυνείκους βίαν, Δίς τ' ἐν τελευτῆ τοῦνομ' ἐνδατούμενος

580

579. In hoc versu non solum post ακόσμοςον syllaba deest ad metri integritatem, sed etiam sensus ejus duorumque sequentium multis modis implicitus est.
Ut autem nos ex omnibus expediamus, ita corrigendos opinor: καὶ τὸν τὸν πῶθες
πρόσμοςον iς ἐδιλφιὸν Ἐξυπτιάζων διμα, Παλονίπους βίαν Δύσηνον αὐτῷ τοῦνομὲ ἐνδατνύμενος Καλιῖ etc. Emendationis veritatem ut assererem, operam dedi in Commentar. ad h. l. Brunckius audacius, quam ut probare possim, in textum invexit
ἐμόσποςον πακοβρόσῶν pro πρόσμοςον ἀδιλφιὸν, neque tamen reliquorum versuum
difficultatem remedio tam aspero sublevavit. Pro ἀδιλφιὸν in Rob. est ἀδιλφόν.
In codd. Regg. annotatur lectio futilis πρόσποςον, quam exponunt glossæ, τὸν ἐκ
τοῦ ἀὐνοῦ σπόρου, ἰκ τῆς αὐτῆς επορῶς γενηθύντα, in quo Brunckius suum illud
ἐμόσποςον latere putabat.

lio cæsum iri), sed potius cum Schol. β'. τον οὐκ ἐπὶ φιλίς συναδιλφόν, άλλ ອ້ອກ ພະແກ (deinen recht dir sum Un-glück und Verdrusse gebohrnen Bru-der.) Verbi ໄຊ້ຫາກລັ້ງພາ notior vulgo est vis intransitiva, que pro supinum esse ponitur. Idem tamen active quoque usurpatum fuisse constat. Cf. lexic. Æschyl. h. v. ίξυπτιάζειν διμα sis rivà itaque est, oculos in aliquem reflectere, resupino vultu aliquem spectare, quod primum ii facere solent, qui corpera alta, v. c. sidera, turres, montes suspiciunt. Deinde idem vultus est efferentium sese, et alto supercilio alios contemnentium, aut increpantium. Ita Clemens Alex. Pædag. lib. iii. p. 253. A. ed. Sylb. vetat iguariagora aagachiaun iis rods dantarantas, el darellerourn els haus, quod utique superbiæ foret indicium. Ĥoc loco igitur vultum Amphiarai Polynicem increpantis optime depingit iguaria (sur opum. Facillime autem juna et juna a librariis permutari potuisse, non est quod multis verbis demonstrem. (Sic Plat. Phæd. c. 47. p. 260. ed. Fischer. ubi in vulgatis est allorein junari, rectius Sto-bæus legit allorein irinari.) Halu-rinous siar vel cum allopir conjungendum est, ita ut post zaku subintel-ligatur auri, vel cum hoc ipso pronomine construendum. Utrum eligas, parum interest. Nobis tamen postrema ratio majorem videtur commoditatem habere. Participium iron τύμετος jam Stanleius intellexit non significare partiens, dividens, id quod h. l. ineptissimum esset, sed potius exprebrans. Apportune quoque laudat Sophocleum

illud e Trachiniis, v. 801. ubi Hercules Déjanirse conjugium sibi exprobrans dicitur:

rd δυσπάριυνον λέπτρον ἰνδατούμενος. (Schol. ad h. l. recte explicat: ἐνδετούμενος, νῖν, σφόδρα κακῶς λέγων, δυσφημῶν, συνιχῶς μιμφόμενος, ἐπαρῶμενος.) Nihilo secius tamen in adnotationibus parum aberat, quin optimam hanc interpretationem retractaret, properere quod se ex adjuncto δες σ' ἐν στιλιυσῷ expedire non posset. Atqui in his verbis corruptelam latere, vix est ejusmodi, ut ambigi debeat. Quid enim quæso δες illud valeat? Nonne prorsus otiosum est et frigidum? Cur enim bis dicatur Amphiaraus nomen Polynici exprobrasse? Quapropter sensus certe poëtæ a nobis divinatus fuerit, si rescripserimus:

Δύς η νον αὐτ ῷ τοῦνομὶ ἐνδατούμε.

Infaustum ei nomen exprobrant. An autem veram Æschyli manum hic assecuti simus, alia quæstie est. Nec ipse id affirmare ausim. Si mihi de auctoritate vocabuli δυσιντίλευνος constaret, quovis pignore certarem Æschylum scripsisse:

δυσεντέλευτον τουνομιώδατούμε-

Ut ariaspros est exitum non habena, non ad finem perductus; sic ex analogia compositionis esset durarriaspros, infeliciter ad exitum perductus; adcoque durarriaspros domanime ad exitum perducitur. Eaque lectio propius ad vestigium scripturæ, quod in codicibus superest, accederet. Ceterum post Scholiastas, qui tennen sani nihit

Καλεί, λέγει δε τοῦτ' ἔπος δια ζόμα.

581. rove' iros] rovros Ald.

attulerunt, nemo interpretum hæc verba dis τ' iv $\tau i \lambda \iota u \tau \bar{\gamma}$ coramque difficultatem expedire ausus est, præter unum Pauwium, qui dis τ' iv $\tau i \lambda \iota u \tau \bar{\gamma}$ de fine sermonis Amphiarai cepit, isto quidem, sensu exeunte: bis ei in clausula sermonis nomen exprobrans. Quod sane seorsim spectanti valde blanditur. Nam apud Euripidem quoque Eteocles, multum cum Polynice altercatus, tandem his verbis desinit v. 645. (al. 649.)

Έξιβ' ἰπ χώρας: ἀληθῶς δ' ὅνομα Πολυνίαην συπτής
Τθιτό σοι θιίμ προνοίμ νειπίων ἐπώνυμον.

Is igitur in fine sermonis, is released τοῦ λόγου, malum nominis omen ei exprobrabat. Sed quamquam Pauwii rationem Scholiastarum nugis multum præferendam esse censeo, non tamen eam ab omni difficultate inmunem, adeoque prorsus approbandam esse arbitror. Cum enim h. l. nuntius Amphiarai verba diserte commemoret, haud satis aptum fuisset, antequam initium dictorum audisset spectator, clausulæ mentionem facere. Nec ipsa narrantis verba diligentius inspecta id admittunt. Cum enim dicit nuntius Holoreinous Biar nal si, quid aliud innuit, nisi primam Amphiarai ad Polynicen apostrophen? Cum vero inter verba Πολυνείκους βίαν et verbum zadei hæc interjicit die e έν σελιυτή τουνομ' ένδασούμινος, quomodo hæc non ad exordium dictorum Amphiarai, sed ad epilogum pertine-ant? Sine dubio his verbis indicare voluit nuntins Amphiaraum, antequam ista que sequentur v. 582. H rolor ieyer etc. ordiretur, Polynicen nominatim vocasse, adjecta simul infausti ominosique nominis interpretatione.

V. c. sic:

*Ω Πολύνικες, νικέων ἐσώνυμε!
vel ut ipse apud Euripidem Chorus
Phæn. 1503. Polynicen alloquitur,
jam mortuum:

& Πολύνεπες, ἔφυς ἄς ἐπώνυμος!
Quocirca si quis verba τίς τ' ἐν τελευτῷ
at genuina defendere velit, acrius e-

quidem non repugnabo; hoc tamen primum vehementer urgebo, ir vsλιυτη mon ad finem sermonis Amphiarai, sed ad exitum nominis Polynicis trahenda esse, quemadmodum infra v. 938. his verbis minter in redeser haud obscurum est, iterum Polynicis nomen spectari. Deinde vero idem ut doceat postulabo, ed loqua is eshiv-รที่ ไรอิสรเรียน significare posse, nomen alicui propter ejus exitum infaustum exprobrare, s. reprehendere. Quod nisi ideneis exemplis confirmetur, maneo in sententia, ut in verbis die le redeser adjectivum latere statuam, quod significet malum exitum habens, s. infausts omine, quod jam exitus firmet, impositum. Jam ut facilius, quid emendatio nostra huic loco profuerit, lectores judicare possint, Scholiustarum h. l. explicationem cum nostra comparabimus. Etenim si illos audimus, sic, Teutonicis quidem verbis, efferendi sunt versiculi : Dann rief er deinen todeswürdigen Bruder, zergliedernd seinen Namen, den Polynices, theilte am Ende seinen Namen in swey Stücke, und fing so an zu reden. Nos autem, emendationem secuti facilem, nec infirmis, ut opinamur, argumentis adstructam, sic vertimus: Dann erhob er auf deiner Bruder, das Unglückskind, seine Augen; 6 Polynices, rief er, indem er ihm die un-glückliche Bedeutung seines Namens vorwarf, und brach dann in diese Worte aus.-

Ceterum vix opus est ut moneamus, hanc nominum propriorum act eventum accommodationem, quæ hodie, imminuta hominum superstitione, frigida et jejuna videretur, magnam Æschyli ætake, qua cuncta vaticinandi genera mirum in modum vigebant, vim ac dignitatem habuisse, ut mirandum non sit, eum cum aliorum sæpenominum ominibus usum, tum inprimis hac Polynicis nominis interpretatione, quod sit πολλῶν επικίων ἐπόνυρος, sic delectatum fuisse, ut ea pluribus locis in hac una tragedia recurrat. Cf. v. 660. 831. sq. 938.

Ή τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι ϖροσφιλές Καλόν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυς έροις, Πόλιν ϖατρώαν καὶ θεοὺς τοὺς ἔγγενεῖς Πορθεῖν, ςράτευμ' ἐπακτὸν ἐμβεβληκότα; Μητρὸς δὲ ϖηγὴν τίς κατασβέσει δίκη;

5**8**5

5β. iμθιθληπότα] iμθιθηπότα et supra schol. iσαγαγόττα, Mosq. 2. 586. μπσεὸς δὶ] Sie Brunck. pro vulg. τε.

582. Amphiaraus jam Polynici piaculum exprobrat, quod oppugnanda

patria urbe contraxerat.

TH τοῦν Ιεγον και Θιοῖνι πεοσφιλίς.

Cane tale facinus etiam dis acceptum
fuerit. Facile unusquisque sentiet pronomen τοῦν, et particulam και hic
valde languere. Suspicor itaque Æschylum sic scripsisse:

ή θείον ξεγόν και θεώσι περοσφιλές καλόν τ' άκουσαι, και λέγειν μεθυςέ-

gois.

Divinum vero facinus ac diis acceptum, ino posteris etiam auditu dictuque pulcherrimum; O eine göttliche und den Göttern gefällige That, und wie schön wird sie im Munde und Ohre der Nachkommen klingen!

584. sq. wόλη μειεληπότα. Patriam urbem deosque indigenas vastare, peregrinum inducendo exercitum!

586. अवन्दर्भेड केरे जाभूमेर गाँड प्रवादकिर्दर dian ; Stanleius vertit : Matrisque fontem quodnam jus exsiccabit? Recte ad verbum. Sed quo sensu, nemo facile dixerit. Nam quid est unreis anyn? (Sunt qui de Direzo fonte intelligunt; ideoque in edit. Turn. unreés es anyin legitur, et colo post srayan distinguitur, scilicet ut cum regain conjunga. tur. At ineptum hoc sensum præbet. Fontes enim ab hostibus quomodo vastari dicantur? Et cur Direzeus fons μητεος πηγή appelletur?) Schol. a. et β'. de patrize lacrymis intelligunt. Verum quomodo aliquis pro patrize lacrymis matris fontem dicere potuerit, equidem non assequor. In Scholio marginali Cod. Guelf. exponitur de matris Jocastæ lacrymis. At hac opinione, non sublato prioris interpretationis incommodo, novum etiam accedit! Quis enim hic exspectabat, ut Jocastae mentionem faceret Amphiaraus? Et quamquam dangiou srnyal, πλαυμάτων πηγαλ, νοτίως παζαϊς παρειάν riy/un, similesque locutiones probæ illæ quidem sunt, non tamen efficient, πutris lacrymas dici posse μησερὶς πηγήν. Levi igitur emendatione, ni fallor, sanari potest hic versiculus:

Mnreès di anym es nacasticuliner; (Nimirum ut es non interrogativum pronomen sit, sed encliticum; et interrogatio non ab eo, sed a tota sententia pendeat; ut Prometh. 117.

Ικιτό τιρμόνιόν τις έπλ πάγον:) Matris vero (cæsæ) vindictam num fons aliquis restinguet? Wird auch irgend eine Quelle die Blutrache eine Mutter auslochen? Ita unreds dinn positum sit pro นกระจอง สในสรอร อีเมทา. Sic Eumenid. v. 230. aysı yaç alun unjusta sanguinis dica, Eurip. Orest. 499. Amphiaraus nimirum bellum adversus patriam susceptum inexpiabile crimen esse demonstraturus, id cum matricidio comparat, et ut conceptam e materno sanguine maculam negat ullius fontis lavacro elui aut expiari posse, ita et patriæ urbis vastationem inexpiabili religione sancitam esse docet. În simili causa similis est argumentandi ratio, nec absimilis verborum structura Choëph. 69. sqq. Ibi cædes mariti piaculum dicitur, nullis omnium fluminum aquis eluendum; idque comparatur cum pudicitia virginum læsa, quæ nullo unquam remedio . restitui possit. Recordentur autem lectores jure Græcorum antiquo quamcunque cædem piaculum homini contraxisse, sed ita ut ei præsertim, qui vel invitus vel justa causa adductus aliquem occidisset, sacrificiis et aqua . puræ inprimis fontanæ (Orestes v. C. apud Trœzenios aqua ex Hippocrene lustratus esse fertur Pausan. lib. iic. 31. p. 185. ed. Kühn) lustrations expiare cædem liceret.

Πατρίς τε γαΐα σῆς ὑπὸ σπουδῆς δορι
'Αλοῦσα τῶς σοι ξύμμαχος γενήσεται;
"Εγωγε μὲν δὴ τήνδε τιανῶ χθόνα
Μάντις κεκευθῶς τολεμίας ὑπὸ χθονός. 590
Μαχώμεθ', οὐκ ἄτιμον ἐλπίζω μόρον.
Τοιαῦθ' ὁ μάντις ἀσπίδ' εὔκυκλον νέμων
Πάγχαλκον ηὔδα. Σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλω.
Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄρισος, ἀλλ' εἶναι θέλει,

587. πατείς τι] πατείς δὶ codd. Regg. τωμών Mosq. 1.

589. δη abest Ald. 592. νίμων]

587.sq. wareis—yevinerai; Et quomodo unquam patria tellus propter cupiditatem tuam armis expugnata socia tibi fuerit? orovòn h. l. dicitur Polynicis cum regnandi, tum fratrem, qui eum regno excluserat, ulciscendi cupiditas. Universa autem hæc Amphiarai objurgatio comparanda est cum oratione Jocastæ eundem filium suum ab expugnatione Thebarum deterrentis, Eurip. Phæniss. v. 577. sqq.

Eurip. Phæniss. v. 577. sqq.
589. sq. "ywyt—x9oo's. Ego vero
jam hanc terram pinguefaciam vates hostili sub terra conditus. waw x9o'a
pro sepultus in hac terra putrescam.
Utrum vero sequens versiculus

μάντις κεκευθώς πολεμίας ύπο χθονός Æschyleus sit, haud equidem pro certo dixerim. Subdubitandi saltem causam præbet, quod nimis clare his verbis tangi videtur mortis genus, quod Amphiarao impendebat. Jam etsi prævidisse eum narrant, se ex hoc bello non rediturum, tamen se a terra devoratum iri ignorabat. Si vero xiziu-Sès πολιμίας ύπὸ χθονὸς nihil aliud significaret, nisi hostili terra sepultus, tautologiam saperet, cum jam antecedente versu idem aliis verbis enuntiatum esset. Neque vero Æschylus pro eximia, quam sequitur, orationis copia et varietate, duobus continuis versibus ita scripsisse videtur, ชทั้งอิเ ซาลงอั χθόνα, et κικιυθώς πολιμίας ύπὸ χθονός. Denique concitation et Amphiarai generoso fervore dignior, ut opinor, esset oratio, si omisso isto versiculo sic decurreret:

"Εγωγε μὶν δὴ τήνδε πιανῶ χθόνα. Μαχώμεθ', οὐα ἄτιμον ἰλπίζω μόςον. Sic ipsa mortis certitudine ad virtutem hellicam se ipsum exhortatur; quemadmodum de eo Statius (lib. vii. Thebaid. v. 699. sq.):

talis medios infertur in hostes Certus et ipse necis. Vires fiducia leti Suggerit

Suggerit.

Quod autem dicit sin žτιμο iλπίζω
μόρο, eo aperte significat, sibi nihil
de vero, quod eum manebat, mortis
genere cognitum esse. Sperat potius
se fortiter pugnantem in medio cum
hostibus conflictu occubiturum.

592. τοιαύβ' ὁ μάντις ἀσπίδ εὐπυπλον τόμων, πάγχαλκον πύδα. Stephanus, nescio unde, commemorat lectionem εὐπλον, quam vellem eertior auctoritas confirmaret. Nam et per se sensum elegantem præbet: ατειμα clupeum quietum, h. e. quiete movens, in quo laudatam Amphiarai σωφεσύτην agnoscas; et illustratur simili Euripidis loco Pheniss. v. 180. ubi Antigone Amphiaraum curru vectum conspicata his eum verbis admiratur:

ώς & τρεμαΐα χέντρα καὶ σώ φρον α πώλοις μιταφέρων ἰθύνει.

693. σημα δ΄ εὐκ ἐσῆν κύκλφ. Insigne autem non erat in clypeo. κύκλφ scil. ἐσπίδος. Idem in Amphiarao laudatur apud Euripidem Phæniss. 1122.

ο μάντις 'Αμφιάςαος, οὐ σημεῖ' ἔχων ὑξεισμίν', ἀλλὰ σωφείνως ἄσημ' ὅτλω. 594. sq. Οὐ γὰς — βουλιύμαςα. Non enim optimus videri, sed esse cupit; fruens ipse animi sui facunda segete, e qua prudentia et proba consilia nascuntur. Egregiam hanc morum Amphiarai notationem omnis antiquitas admirata est. ἔξετος pracipue ad fortitudia. Βαθείαν ἄλοκα διὰ φρενός καςπούμενος, Έξ ής τὰ κεδνὰ βλαςάνει βουλεύματα. Τούτω σοφούς τε κάγαθούς ἀντηρέτας Πέμπειν ἐπαινῶ. Δεινὸς δς θεούς σέβει. Έτ. Φεῦ τοῦ ξυναλλάσσοντος ὅςνιθος βροτοῖς Δίκαιον ἄνδρὰ τοῖσι δυσσεβεςάτοις. Έν σαντὶ εξάγει δ' ἐσθ' ὁμιλίας κακῆς Κάκιον οὐδὲν, καςπὸς οὐ κομιςέος, "Ατης ἄςουςα θάνατον ἐκκαςπίζεται.

FAG

595

600. δυσσιζισμάτοις] Multo aptior hic est et gravior superlativus, quem e Mosq.
1. et Rob. restitui. Vulgo δυσσιζισήςοις.

nem bellicam spectat. βαθείαν άλοπα, profindum sulcum, h. e. arvum fertile, segetem facundam. διὰ φεινὸς καιφπούμενος quidam ita ceperunt, ut sit i. q. φεινὸς διακαφπούμενος, tmeseos figura; nihil autem necesse est cum διὰ φεινὸς nihil autem necesse est cum διὰ φεινὸς nihil autem necesse est cum διὰ φεινὸς nore Æschyléo idem valeat, quod iν φρινὶ. Adeoque significatur, Amphiarai animum bonorum consiliorum uberem et fæcundum esse, quamvis idem ab omni jactatione multum abhorreat. Eandem animi indolem Persius nobilissimis his versiculis expressit:

Compositum jus fasque animi sanctosque recessus

Mentis, et incoctum generoso pectus honesto

Hæc cedo, ut admoveam templis, et farre litabo.

Ceterum Plutarchus in Apophthegmatibus narrat, cum hi versus in scena recitarentur, omnium spectatorum oculos in Aristidem fuisse conversos. (Apud eundem ibid. pro & sis rà xiòrà legitur à 6° sis rà xiòrà.)

597. sq. rever ricu. Huic igitur ut sapientes et fortes adversarios apponas suadeo; timendus enim est qui deos colit. iraniu h. l. idem quod raganiu. Gravissime sententie, dunis is Siovi, ricu, decora etiam brevitas est. Utique enim ejus vis aliquantulum imminuta fuisset, si particulam causalem et verbum substantivum diserte addidiset.

599. sq. pri — Iveres erers: Prohiniquam istam fortunam, qua justum mirum cum impiissimis hominibus consocia-

vit. "Ogus, ales, h. l. pro mapicia, fortuna. Nostri dicerent: Was für em Unstern hat diesen rechtschaffnen Mann in die Genossenschaft der ärgsten Freuler verwickelt!

601. sq. lv warri—où neperios. In omnibus rebus nihil est malo comortie pejus; fructus ejus dignus non est qui colligatur; h. e. pessima inde messis metitur. neperio enim sò nepurios ita dicitur, ut yapes eyapos de nuptiis infelicibus. Quis autem sit neperio sò nopurios, statim exemplis a nave et civitate petitis, imo et ipsius Amphiarai exemplo declaratur.

603. "Атпе йенци Запаты інпистіζεται. Hic versiculus cum solus spectatur, nemini, ut opinor, Æschylo indignus videbitur. Grandem enim sententiam gravibus et ornatis verbis enuntiat. Attamen h. l. quia non opus erat, ut zaere ille se zopusias quasi quadam definitione explicaretur, quippe quem ex illis qui statim sequentur exemplis cognoscere suavius esset; deinde quia versus ille non satis vinctus est cum antecedentibus, sed tanquam solitarius; denique quia, ubi modo substantivum sagrès adhibitum esset, ibi Æschylus alio potius verbo, quam verbo inneralisma usurus fuisse videtur; his igitur causis adducor fere ut credam, illum versiculum ex alia quadam tragœdia, propter argumenti similitudinem primum a Grammatice quodam ad marginem scriptum, deinde a librariis in contextum, quasi hic inscrendus esset, receptum fuisse.

Η γὰς Ευνεισθάς πλοῖον εὐσεθής ἀνής Ναύτησι Βερμοῖς, καὶ πανουργία τινὶ, "Ολωλεν ἀνδςῶν Εὐν Βεοπτύς φ γένει

605

606. Βιοπτύεφ] Βιομίσφ Ald.

Eerte si post xopussos puncto distinguamus, continuoque, omisso v. 603. pergamus legere H yèe — non modo nihil ad sensum desiderabitur, sed etiam suavitas in transitu major erit, si a metaphora illa xagrès où xapussos, attentionem spectatoris excitante, statim ad exempla, quæ sequuntur, quæque exspectationi opportune satisfaciunt, oratio procedat. Ut autem in epigrammate ingratum esset, id quod in eo acuminis instar est, prius intelligere quam totum cognoveris; ut enigmata non prius solvi quam audiri volumus, ita etiam h. I. versiculus ille.

"Arns Egoven Scravo innegriferas, decoctam habere dulcedinem videtur, quæ fastidium potius quam voluptatem afferat, propterea quod, quis ille sit nagrès où nopurios, nimis clare explicat, justoque citius id nobis ingerit, quod ex iis, quæ sequuntur, exemplis ipsi reperire maluissemus. Si tamen vere hic ab Æschylo scriptus sit, hoc saltem certissimum existimo, copulativam post "Arns particulam intercidisse. Certe si rescribamus:

"Arns d' äsousa Iárarer lunasriss-

Tai,

vis appositionis enitescit, et imminuitur loci communis male intrusi spe-Tum enim statim colligit auditor, arms acosea non absolute, sed relate ad έμιλίαν παπήν poni, ita ut ipsa hæc ອຸພາລົດ appelletur ລັກກະ ລ້ອຍບອດ, quæ mortem pro fructu ferat ; q. d. In omnibus negotiis nihil est pejus malo consortio; pessimam ex eo messem metas; est enim tamquam ager nequitiæ, qui mortem fructum gignit. In allegoria nihil est, quod placere non debeat; ut enim in agro nocentibus herbis consito, si collectis ex eo forte vescaris, etiamsi tu illas non severis, pestilentia tamen earum corpus affectum sentias; ita ex consuctudine cum improbis, quamvis a peccatorum contagione integrum castumque servaveris animum, commune tamen pænarum, quæ illes manent, periculum subeas necesse est. De. v. innagnizer au v. lexic. Æschyl. Ceterum Burtonus ob sententia similitudinem comparavit Pers. 819, 820. ex Pauli Apostoli dictum Ep. ad Rom. 6. 23.

v. 604—610. ñ yàe—

Optime sic Latinis versibus reddidit Grotius:

Aut justus aliquis nave conscensa simul

Cum navitarum perfido audaci grege Obruitur undis, hostibus Divûm additus.

Aut innocens sanctusque populares habens

Injurios hospitibus, immemores De-

Implicitus isdem cassibus venaticis, Una flagellum patitur ultoris dei. nisi quod falsam lectionem में अबेह provera में अबेह secutus est. Non igitur vertendum aut justus aliquis etc. sed: Pro-

fecto enim justus etc.

605. παύσησι Sτεμεύς καὶ Ψανουργία του. Arnaldus corrigebat καὶ Ψανουργία του. Arnaldus corrigebat καὶ Ψανουργίατος του: id vero nimis redolet vulgarem orationem, ut, quomodo lectionem tam facilem librarii indifficiliorem mutaverint, exputare nequeas. Si quid mutandum sit, malim corruptelæ sedem in vocabulo καύσησι quærere. Pro illo nimirum fieri posset ut Æschylus scfipserit aliud substantivum, quod cum Ψανουργίας copularetur, v. c. Τολμάς σε Sτεμεύς καὶ Ψανουργία

tumque καὐτησι ortum dicatur e glossa interlineari, quæ substantivum omissum adjectio Sιεριοῖς addidisset. Vere autem repetendum est ἀνδράσι, ex ἀνὰρ ρτæcedente, ἀκὸ σοῦ κωνοῦ. Stanleium in Commentario inedito pro καὶ emendasse κἀν auctor est Burtonus; id autem non vereor, ne multi futuri sint, quibus arrideat. Nec sane opus est aliquid mutari. πανυφγία σινὶ pro societate hominum facinorosorum dicitur. Plura hujus figuræ exempla collegimus in lexic. Æschyl. h. v.

2 K

Η ξυμπολίταις ἀνδράσιν, δίκαιος ὧν, Έχθροξένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσι, Ταυτοῦ κυρήσας ἐνδίκως ἀγρεύματος, Πληγεὶς θεοῦ μάςιγι σαγκοίνω δάμη. Οὖτος δ' ὁ μάντις, υἰὸν 'Οϊκλέους λέγω, Σώφρων, δίκαιος, ἀγαθὸς, εὐσεδῆς ἀνῆρ,

610

607. ξυμπολίταις] ξύν πολίταις Turn. 610. Τάμα] δαμη Ald. Rob. 612. 🕹 στόης] εύγενης Rob.

607. Si ξυμπολίσαις legamus, e ξυναισίδες repetendum est συνδιν, ἀπό σοῦ
ποινοῦ. Sin autem ξὸν ἀνολίσαις, facillime cum sequentibus constructur.
Verum ipsa hæc facilitas hanc mihi
lectionem suspectam reddit. Fortasse
autem legendum est:

"Η ξυμπολίτης ἀνδράσιν, δίκαιοις Δν,

Ex Seogivers -

vel in eadem civitate degens justus cum hominibus inhospitalibus etc.; ita ξυμπολίσης bene responderet antecedenti ξυνισζές συλοίση etc. verborumque collocatio exquisitior et concinnior esset.

608. La Sectives. Hospitalitatis jura violantibus. Sier suraporo, deorum immemoribus, i. e. contemtoribus.

memoribus, i. e. contemtoribus. 609. สมชาวี มบรูท์สม, ไทรีเมษ, สำรุยข่ματος. Quia ἄγριυμα de præda tantum, non de reti aut plaga usurpari existimat Heathius, lectione izdizus prælata hunc sensum elicit : ejusdem cum iis prædæ partem injuste adeptus. In quo miror eum non intellexisse, hoc modo plane Æschyleæ sententiæ vim ac veritatem adulterari. Quid enim? Si justus vir in societatem prædæ cum facinorosis injuste venerit, nonne ipsum quoque a justitia discessisse necesse est? Zyeivua etiamsi proprie rete non denotet, falsum tamen est, unicum ei prædæ significatum subjici. Imo potius sæpe capturam.venationem (un parti de chasse) designat; ut, si quis liberius latine aut germanice verterit, haud aberraverit a sensus veritate, si pro vocabulis captura (Fang) actionem denotantibus, ista rete (Nez) in versione substituerit. Etenim in eandem capturam incidere, quid aliud est, nisi in idem rete incidere? ivdixus vel cum zugúes construendum, ut

significet & An See, quam vim huic adverbio interdum tribui Hesychius testatur, hoc sensu: si in eosdem casses vere inciderit (wenn er nun wirklich gerade in einerlei Netz mit ihnen gefangen wird) vel sublato commate post άγριύματος, cum πληγείς εδάμη, quod si melius placeat, poëtam hoc adverbio justitiam divinam excusasse dicamus; quæ hominem innocentem quamvis ipsum porna non dignum, tamen propterea, quod in improborum consortio deprehensus sit, eadem qua illos calamitate afficere cogatur; quia consultius sit unum hominem etiam sine ejus merito affligi, quam tot improbos propter unius innocentiam impunitos dimitti.

, 610. See patry: waynelse. Nobili metaphora pro communi calamitate divinitus immissa. Fons comparations observatione quadrigarum contineri videtur. Auriga enim e quatuor equis junctis tres ferocientes flagello percusurus, vix ac ne vix quidem, ne eodem ictu quartum quoque tangat, efficere potest.

611. Στος δ δ μάντις. Brunckius netavit in cod. Reg. A. legi εδτως δ, idque etiam in B. yulgato superscriptum esse. Unde se probaturum ait εδτως δ μάντις. Idque mihi hanc ob causam verum videtur, quod vis comparationis magis clarescit.

υἰὸν Ὁ Γεπὶἱανς λίγω. Familiare tragicis est hoc genus ἐπιξηγήσιως, cf. v. 491. Choëph. v. 127. Sophocl. Antig.

v. 204.

612. Admirabilis in his est verborum delectus. Primum enim laudes Amphiarai cumulantur, hisque singulis opponuntur sociorum ejus vituperia, nimirum ut eo fortius animum talis ac tanti viri misericordia pellat, cus

Μέγας προφήτης, ἀνοσίοισι συμμιγείς Θρασυς όμοισιν ἀνδράσι, Φρενῶν βία, Τείνουσι πομπήν τὴν μαχεὰν πάλιν μολεῖν, Διὸς Βέλοντος, ξυγκαθελκυσθήσεται. Δοκῶ μὲν οὖν σφε μηδὲ περοσβαλεῖν πύλαις,

615

615. πάλι»] πόλι» Ald. Rob.

propteres quod in eorum consortium inciderit, una cum illis pereundum sit. Adjectivis dinaues et suesche respondet in oppositione averieurs; ad ayales, quod h. l. fortem designat, refertur Seasus (μωση, denique vocabulo σώ-Pews, quod Amphiarai sapientem in omnibus rebus temperantiam ac moderationem describit, opponitur person Big, quod idem est ac poirty person v. 663. significatque insaniam istorum hominum, quam insoleutia et superbia maxime declarabant. Person Big non, ut a nonnullis factum video, ad reiners (Pauwius persus Big cum summiyeis construere maluit, ut significetur scilicet Amphiaraum invito animo (ut Bis Dia est invitis diis) cum impiis hominibus hanc societatem iniisse. Sed hac ratione constructio sit ambigua et impedita. Et quamquam notum est, quomodo Amphiaraus uxoris Eriphyles dolo coactus sit ad hanc expeditionem suscipiendam, (vid. Apollodor. lib. iii. p. 151. ed. Commelin.) tamen Æschylus antea nullibi istam fabulæ partem tetigit, ut saltem jure dubitari possit, an his verbis, φεινών βία, illam respexerit) sed potius ad θεασυτόμωνσι trahendum est, plane ut v. 663. φλύerra et ev por por perior conjungitur.

615. τίνυς πομπην την μαπράν πάλις μολίν. Hæc de fuga intelligenda
esse recte Heathius vidit; qui sua scil.
stultitla hoc efficiunt, ut longa via, qua
venerunt, endem, turpiter scil. in fugam
versi, revertantur. Die es recht darauf
anfangen, den weiten Weg, den sie gekommen sind, wieder zurük zu thun.
cf. v. 548. et lex. Æschyl. v. Πομπή.
Συγκαθλενωθήσεται vulgo interpretantur, una deorsum trahetur, in eoque
mortis genus, quo periturus esset Amphiaraus, ab Eteocle tangi Heathius
existimat. At quomodo id Eteocli
potum fuerit, quod ne ipsi quidem

Amphiarao cognitum atque perspectum esset? Nam ex oraculo nihil aliud rescierat, quam in hoc bello omnes præter Adrastum duces perituros esse. Fac vero Amphiaraum hoc quoque prævidisse, se terræ hiatu absorptum iri, quis eadem notitia jam Eteoclem hostium regem imbuerat? Sed ut hoc quoque demus, et prolixe cum Heathio agamus, quæ tandem causæ sunt quæso, quibus ut, id Æschylum h. l. spectasse, probabiliter efficiatur? Omnino enim in tragœdiis interpretandis maximopere cavendum est, ne, quia certam alicujus fabulæ seriem a scriptori. bus mythologis certa ratione ac via traditam esse videmus, ideo eandem a tragico poëta eodem modo contextam esse fingamus. In Sophoclis Œdipo Coloneo, ut hoc utamur, Amphiarai mentione facta, ne mortem quidem ei impendere significatur, nedum ut Sophocles de causa mortis fabulosa aliquid innuerit. Itaque ξυγκαθιλκυs Shorras non vertendum est una deorsum trahetur; (præpositio enim *##& in compositione, h. l. ut sæpe, non est putide premenda;) sed potius, una abripietur, una cum reliquis eadem scil. fuga et clade trahetur. Germ. er wird mit fortgerissen, mit in ihr Unglük hineingerissen werden. Διὸς θέλοντος iterum ut v. 564. Diar Dilávras coll. v. 522. ad avertendam impietatis suspicionem dictum.

617. sqq. dora - raigen. Jam equidem eum ne oppugnaturum quidem portam existimo; non quo ignavus sit aut imbellis timidusque, sed quia sibi fatule esse scit, hoc in prælio occumbere, si quidem Apollinis oraculis veritus constiterut. Is est enim Amphiaraus, qui cut sileat, aut tempestiva dicat. Hujus loci verum sensum parum assecuti sunt interpretes, præsertim ii, qui Eteoclem aliquid de mortis genere, quo periturus esset Amo

Ούχ ως άθυμον, ούδε λήματος κάκη. 'Αλλ' οίδεν ως σφε χρη τελευτήσαι μάχη, Εί καρπός έςαι θεσφάτοισι Λοξίου.

620

618. ἄθυμοτ] ἄθυμος Ald. Rob. 620. κάςτες] κάςτος conj. Canter. Θεσφάτοισ:] Θεσφάτοις τοῦ Rob.

phiaraus, inaudiisse somniant. Nos Æschylum ex se ipso primum explicandum esse, antequam externa sensus inveniendi præsidia circumspiciantur, cum alias nobis persuasimus, tum ejus opinionis hoc loco potissimum, maximum profecto fructum cepimus. Quicquid enim hic Eteocles de Amphiarai mortedicat, id unice e nuntii verbis v. 589-591. pendere statuimus. Quod enimis narraverat, vatem dixisse : iyays μεν δη τήνδι πιανώ χθόνα· id sic interpretatur Eteocles, eum hæc non temere, sed ab Apolline monitum pronuntiasse. Nihil igitur opus est, ut aliunde de ea re, etiamsi nuntius ista non narrasset, aliquid Eteocli innotuisse Non quo ignota plane credamus. fuerit Æschyli zetate fabula, quz Amphiaraum hiscentibus terræ faucibus haustum esse traderet (utpote cujus Pindarus paucis annis post Æschylum natus mentionem faciat); sed hoc volumus, Æschylum in adornanda hac tragoedia illam fabulam nihil moratum esse. Etenim si quis alius, Æschylus certe est in fingendo suus ; nec tam quid alii commenti sint, quam quid ut ipse comminiscatur convenientia postulet, curare solet. Itaque ut in verbis φεινών βία negabamus eum ad Eriphyles fraudem respexisse, sic h. l. quæcunque Eteoclem de Amphiarai interitu loquentem faciat, ea non extrinsecus, sed, ut veritatem dialogi tragici decet, e sola nuntii quicum colloquitur Eteocles, narratione petita esse censemus. Quocirca paraphrasi liberiore verum horum verborum sensum declarabimus, in qua nihil addemus, nisi quod per ipsum colloquii nexum subintelligi necesse sit. Sic igitur Eteocles: Quod autem me mones (v. 597.) de propugnatore adversus Amphiaraum mittendo, id equidem haud scio an ne opus quidem futurum sit. Quantum enim e verbis tuis (v. 589-191.) intellexi, ipse mortem suam sibi præsagit vates prudentissimus. Itaque ne aggressurum qui-

dem ad portam arbitror. Non quo eum, ut impotens ille Tydeus ausus est, (v. 384. sqq.) ignaviæ aut timiditatis incusem ; imo novi eum fortissimum esse ; sed quod Apollo ei prædixerit, eum in hoc prælio mortem oppetiturum esse: Nisi enim divinitus oraculo monitus esset, certe non ita fidenter, nec tam intempestive pronuntiasset, se in hac terra sepultum iri. Unde enim futuri scientiam sibi arrogaret homo prudentissimus, nisi se divina mente inflammatum ista dicere sciret ? Aut quomodo si tantum conjiceret cladem suam, tristem eventum, qui militum animos frangere posset, non silentio potius pressisset? Certeenim Amphiaraus non is est, qui futiliter immmodiceque garriat. sed potius aut silet, aut ea tantum loquitur, quæ opportuna ac tempestiva sunt. Quare non dubito quidem eum, donce ceciderit, ante portam fortiter pugnaturum, (quemadmodum ipse se honestam mortem sperare dicebat) (v. 591.) attamen eum portam oppugnaturum esse, haud est verisimile.

δοκῶ μίν. Huic μλν respondet ὅμως δλν. 622. Germ. Nun glaub' ich swor, dass er nicht einmal auf das Thor einen Angriff thun werde.

618. λήματος κάκη non est consilii inopia, sed i. q. ἀψυχία v. 365. aut ἄψυχος κάκην. 194. Germ. Nichtals obs ihm am Mut und unternemendem Geiste felte. Bellicam Amphiarai fortitudinem omnes celebrant. Sic Pindaro (Nem. x. 16.) appellatur πολίμωο νίσος, et alibi (Isthm. vii. 45. sqq.) cum fortissimis componitur. (Olymp. vi. 27. eum μάντον τ΄ κίγαθον καὶ δωνὶ μάρναθαι nominat.) Sophocli vero (Œdip. Colon. v. 1309.) est:

δορύσσους 'Αμφιάριως, ταπρώτα μέν Δορί κρατύνων, πρώτα δ' είωνων δοις. 619. άλλ' είδιν, sed quod certo scit, oraculo, ut conjicio, monitus, non levi conjectura ductus.

620. si zapròs scal—Aziov. Si quidem fructum h. e. exitum habitura sint oracula Phabi. Sed veram puto CanΦιλεῖ δὶ σιγᾶν, ἡ λέγειν τὰ καίρια.
Όμως δ' ἐπ' αὐτῷ Φῶτα, Λασθένους βίαν, Ἐχθρόξενον ποιλωρὸν ἀντιτάξομεν, Γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡδῶσαν Φέρει, Ποδῶκες ὅμμα, χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται

625

623. ἐντιτάζομι»] ἐντιτάζομαι Rob. 624, φίριι] φύσει Rob. Probabiliter Brunckius conjicit legendum esse τρίφει.

teri emendationem, il nágros igue. Nam alibi quoque nágros de oraculis usurpatur, que vero exitu corroborentur. v. c. Sophocl. Ed. Col. 1327.

દો ગુર્નર જા જાણમાં દેવામ દેવ પ્રશાસભાગ ભારત હોય કહે જાણકારી મું, જાણકો દેવવાનો દોયના પ્રદેશના

621. φιλει— παίρια. Stanl in commentar. MS. conj. φιλει δὶ σιγκι (omisso μαλλοι) ἢ λίγιν τὰπαίρια.

623. ἰχθρόξινοι ἐνολωρόν. Portarum custedem peregrinis adversarium. ἰχθρόξινος h. l. alio modo, quam v. 608 dictiur. Illic enim in vituperio, hic autem in laude ponitur. Metaphora, quantum video, petita est a similitudine canis villatici, qui tum demum maxime probatur, si, ut Columella ait, (de R. R. vii. 12. 5.) semper excandescat in exteros.

624. γίροντα τον κόν, σάρχα δ' ήθωσαν γίρου. Consilio quidem et prudentia senem, corpus vero juveniliter vigens gerit. Eadem est variatio constructionis, quæ v. 556. occurrebat. Inepta est lectio Rob. quam et Schol. β΄. agnoscit, φόνυ. σέιφυ autem, quod Brunckio in mentem venit, sane non displiceret.

625. Todons; Juna. Scil. autou içu. Oculorum celeritas ad occupandam, quæcunque se obtulerit, vincendi occasionem, in ducibus laudatur.

Τας ἀντίδος γυμνωθιν ἀςπάσαι δόςοι. Neminem vidi interpretum, qui ista sic expedierit, ut mini satisfaceret. Ut Scholiastas Græcos mittam, quos lectores ipsi suo loco consulent, Abreschius ita construendum esse putavit: τὸ δὶ δόςοι (τὸ μιτὰ τὴν) χιῖςα οὐ βραδύνεται ἀςπάσαι (τὸ τοῦ σώματος μίςος τὸ) απαςαγυμνωθέν τῆς ἀσπίδος, i. e. nec cunctatur hasta in manu rapere, seu vulnus inftigere, qua vel tantillum clypeo nudum ostenditur corpus. At quis tam duras ellipses, tantamque verho-

rum trajectionem ferat in Æschylo, qui si e plurimis locis judicandus sit ab intrieat verborum structura, præsertim extra choricos cuntus, vehementer abhorruit! Haud magis nobis placet Burtoni ratio, hunc in ordinem verba redigentis: (ຂατὰ) χιῖρα δὶ οὐ βραδύνίθω ἀς πάσω δόρυ παρὰ τὰ (μέρος τοῦ ἀντιπάλλου) γυμονωθίν τῆς ἀσπίδος. In quo me maxime offendit constructio ἀρτάσω δόρυ παρὰ τὸ μέρος τοῦ ἀντιπάλου, pιο: hasta petere nudatum seu apcrtam corporis partem. Στίροο ἀρπάσω σρὸς γέρου nou item. Quæ cum ita sint, versum illum, si quidem omnino Æschyleus sit, ita restituendum esse putem:

Τὸ જાલું લેન્જારિક γυμνωθίν άξπάσαι

nt rae karibes yournes ir pro karibes i maenyournes i dicatur. 'Aerda ai doci est id quod Latinis hasta haurire, aut hasta rapere; ut in cæstuum certaminis descriptione Pollucem inter et Bebrycem ap. Valerium Flaccum lib. iv. v. 291. (quem locum Abreschio debeo):

Emicat hic dextramque parat, dextramque minatur,

Tyndarldes; redit huc oculis et pondere Bebryx

Sic ratus; ille autem celeri rapit ora sinistra.

Virgil. Æn. x. 312.

Huic gladio perque ærea suta
Per tunicam squalentem auro latus

Aurit apertum.

Quamquam vero in descriptionibus certantinum et præliorum sæpenumero mentio fit partis corporis nudatæ, vel non bene tectæ, quam adversarius gladio aut hasta, aut pugnis denique rapuerit, idque adeo bene huic loco quin conveniat, dubitari non potest, ultro tamen fateor, me nondum satis hac ellipsi delectari, qua và «ae des idas yvunus); positum esset pro và mae

Πας' ἀσπίδος γυμνωθέν ἀρπάσαι δόςυ. Θεοῦ δὲ δῶςόν ἐςιν εὐτυχεῖν βςοτούς. Χο. Κλύοντες θεοὶ δικαίας λιτὰς

628, 629. Airàs nµετέρας] λόγους iμουs Rob.

ασπίδος γυμνωθέν άντιπάλου μίχος. Ubicunque enim poëtæ partem corporis clypeo nudatam designare volunt, ibi, quantum recordor, semper addunt, ecquod membrum ita nudatum fuerit; saltem universum corporis χεοδς, aut aliud ejus generis vocabu-lum nunquam omittunt. Sic Homerus memorat Thoantem σίζνον γυμνωθύντα II. π'. 312. et Euripides in duello Eteoclis et Polynicis hujus humerum nudatum ab illo animadversum narrat (Phæniss. 1406.):

- اوزه ده ما م دودماه د موريم عرض عرض دود

ό πρόσθι τρωθείς τίρνα Πολυνείπους βία

διηκε λόγχην. --

His addo Theocritum certamen Castoris et Lyncei describendum, Idyll. xxii. ubi v. 187.

Εγχισι μέν ωράτισα τιτυσχόμινοι ωόνον ιίχον,

'Αλλάλων εί που σε χροδς γυμνω-Βὶν ίδοιεν.

Vides igitur, quomodo ab his poëtis eadam res multo dilucidioribus verbis descripta sit, quam Æschylus descripsisset, etiamsi correctione nostra versiculum hunc multum sublevarimus ita legendo:

Τὸ πας ἀσπίδος γυμνωθέν ἀςπάσαι δοςί.

Longe igitur melins videt, versiculum ita intelligere: manu vero haud cunctatur a sinistro latere nudatum gladium educre; ut nostri dicerent: er ist gleich bereit vom Leder zu ziehen. Sic sæpe åçatāju usurpatur. waē åσατίδος deberet esse a sinistro latere, sicut waē åσατίδα sinistrorsum, ia åσατίδα a sinistra significare notissimum est. Denique δόρυ paulo insolentius positum esset pro ξίφος, quemadmodum Sophocles aliquando ἔγχος pro ξίφος adhibuit Ajac. 668. coll. 829. sqq. item Schol. ad v. 668. et Eustath. ad Iliad. ζ. 319. p. 505. lin. \$1. ed. Basil.

Posteaquam ista scripseram, non

sine voluptate cognovi hanc explicationem Brunckio quoque placere. Et sane in ea prorsus acquiescerem, a exempla mihi nota essent, quibus **e/ assides eodem modo significare poss a sinistro latere, quomodo waj desile vel mae araides sinistrorsum significat, amplius confirmaretur. Atqui ejusmodi exempla non recordor; nec utriusque locutionis eadem est ratio. Nam in wae' dowidas ambiguitas esset, quæ non est in rae arrida. Quapropter versum male tornatum haud xio an interpolator aliquis adjecent, qui quid esset χείζει δ' εὐ βραδύνεται supplemento quodam declarandum pun-Certe si eo prorsus deleto si procederet oratio;

yiporem vor rour, odena d'ilusar fi-

ποδώπες διμα, χείζα δ' οὐ βραδύπτα. Βεοῦ δὲ δῶρόν ἐςιν εὐσυχεῖν βροτώς. tantum abesset, ut aliquid ad sensum desideraretur, ut potius integra sententia concinna dictionis brevitate concluderetur. modures omun imperatoris in observando celeritatem xue δ' ού βραδύνεται (sic Eteocles Eurip. Phoeniss. v. 765. ἀλλ' τω, του; ἐτ ωὶ καταργώμεν χίρα. Et Ulyses in Philoct. Sophocl. v. 98. καὐνος ἀν τος ποτί Γλώσσαν μίν άργον, χώςα δ΄ άχη quem locum supra ad v. ἐργάτιν. 449. ubi nostram vocabuli square explicationem optime illustrat, nescie quomodo oblitus sum commemorare) strenuam ejus fortitudinem designs. ret. Quod reliquum est, judicet lector e versione, quam addam, quid ista de conjectura statuendum sit: Gleichon will ich ihm auch einen Mann,den wackers Lasthenes entgegenschicken, einen Greis an Geist, bei voller Jugendstärke des Körpers; schnell ist sein Blick, und seine Faust nicht minder rasch. Doch ists immer Gottes Geschenk, wenn gute Glück die Thaten der Sterblichen kro-

628. Chorus ita precatur; 0 dil justas preces nestras sudite, et felium

Ήμετέρας, τελείθ' ώς σόλις εὐτυχή, Δορίπονα κάκ' έκτρέποντες γᾶς έπιμόλους σύργων δ' έκτοθεν βαλών Ζεύς σΦε κάνοι κεραυνώ.

"Αγ. Τον εβδομον δη τόνδ' έφ' έβδόμαις σύλαις Λέξω, τὸν αὐτοῦ σοῦ κασίγνητον, σόλει Οίας γ' άρᾶται καὶ κατεύχεται τύχας. Πύργοις επεμβάς κάπικηρυχθείς χθονί, Αλώσιμον σαιαν' ἐπεξιακχάσας, Σοί ξυμφέρεσθαι, και κτανών θανείν σέλας,

629. τελείβ'] εὐ τελείτε Rob. ὡς πόλις εὐτυχῆ] πόλις εὐτυχεῖ Rob. 630. ἐπερόλους] πρὸς ἐπιμόλους Ald. Turn. Victor. τῶτδ' ἐπιμόλους Rob. In Mosq. 1. Reg. A. ἐπιμόλους sine πρός. Præpositionem e glossa in textum irrepsisse recte observavit Brunck. 631. δ ἔπτοθει Ιπικο ΑΙΔ. δ ἔπτοθει Rob. Turn. observavit Brunck. 031. σ επτουστή επικουστή ε Reg. A. 635. είας γ ἐπτοθη, quod metrum postulat, Brunckius recepit e Reg. A. 635. είας γ ἐπαταιὶ εία ἀρᾶται Ald. τύχας] πύλας Ald. 637. ἐπιζιακχάσας] ἰζιακχάἐρᾶται] οἶα ἀρᾶται Ald. τύχας] πύλας Ald. σας Ald. Turn. Vict. Ειακχεύσας Rob. 638. ξυμφέρισθαι] συμφίρισθαι Ald.

civitati belli exitum date; hos advenas, hostilia mala e terra prosligantes. Jupi-ter autem eos a turribus propulsans ful-mine occidat. Ut Latini nonnunquam damna, calamitates, dicunt, pro hominibus damna aut calamitates inferentibus, sic h. l. oi ἐπίμολοι, advenæ hostes, appellantur δορίπονα κακά, damna bellica, s. hastis nocentia. yas autem apte sic inter ἐπτείποντες et ἐπιμόλους interjectum, ut pariter ad utrumque referri possit. iz reimur yas idem quod deinde ωύργων ἔκτοθεν βάλλειν.

633. sqq. τον είδομον δη τόνδ ίφ' ίδδόριαις Ψύλαις λίξω-οΐας γ' άρᾶται καὶ πατεύχεται τύχας. Jam dicam, qualia infortunia septimus ille ad septimam portam oppugnandam constitutus, tuus ipsius frater, urbi optet atque imprecetur. Nominativi & 1600 pos etc. propter sequens verbum λίζω noto græcismo in accusativos mutati sunt. Adeoque non est, cur roids cum Brunckio sollicitemus. Quod enim is substituendum censebat ານັ້ນ, ejus vis jam inest particulæ ອີກີ, quæ idem valet, quod #8n. Ut autem ille apud Latinos, sic ili centies refertur ad sequentia, quæ dicturi sunt loquentes.

Tor autou sou zasiyunter. "Fortasse leg. abrov odr, tuum ipsius fratrem. τον εὸν αύτου κασίγνητον, ut ή έμη τουδ &νδεός τεμπέζη Œdip. Tyr. v. 1462. de qua locutione præter Schol. ad h. l. vid. Eustath. ad Il. &'. v. 54." Bur-

636. sqq. wύργοις ἐπιμβάς—τίσα-σθαι τρόπον. Optat nimirum, ut ipse, turribus conscensis et rex huic terræ declaratus, pæana ob expugnatam urbem magno cum clamore exorsus, tecum congrediatur, et sive cecideret, te simul occidat, sive superstes fuerit, te, a quo tali ac tanta ignominia affectus et expulsus sit, codem modo exsilio multet.

κάπικηρυχθείς χθονί scil. βασιλεύς, s. wenths, rex aut victor publico præconio declaratus. άλώσιμος waiav, carmen ob expugnatam urbem Marti aut Apollini cantatum. Sic αλώσιμος βάξις fama de urbe expugnata, Agam. 10.

ἐπεξιακχάσας. (Si copula in hoc versu necessaria esset, optimum foret

Αλώσιμον εκαιανά τ' έξιακχάσας quam quidem lectionem inter V. L. ab anonymo in ora Ed. Ald. in Bibl. publ. Cantabr. citari testatur Burtonus. Quod enim Stanleius in commentar. inedito proposuit 'Αλώσιμόν τε παια, iπιξιακχάσας, id metrum non patitur.) Significat se ipsum tanquam

præcentorem verba præiturum. Inest autem simul clamoris significatio. 638. sqq. Σοὶ ξυμφίρισθαι καὶ κτα-νὸν θανεῖν Ψέλας, "Η ζῶντ' ἀτιματῆρα *Η ζώντ' ἀτιμας ῆξα τώς σ' ἀνδρηλάτην Φυγῆ τὸν αὐτὸν πόνδε τίσασ θαι τρόπον. Τοιαῦτ' ἀῦτεῖ, καὶ θεοὺς γενεθλίους

640

Rob. Turn. 639. rús] r' ús Rob. et abest r'. 641. áveri] airtí Rob.

τώς σ' ἀνδεηλάτην Φυγή τὸν αῦ οὐ τόνδε τίone Sas reéres. In his versibus primum transpositio facta videtur circa verba nal arando Sanio widas. Si enim ita scripsisset Æschylus, To Saniir videtur primarium esse, et adjunctum * * * * * secundum in sententia locum obtinere. Atqui id ineptum esset. Polynices enim optaret, ut ipse moreretur. Imo veritas et ratio illud postulabat, ut, cum duplex ei conditio proposita esset, nimirum ut aut in duello cum fratre occumberet, aut ex eo vivus discederet, optaret aliquid, quod, sive illud, sive hoc accidisset, expetendum - sibi videretur. Si igitur fatale sibi esset in certamine occumbere, sane pro acerbitate odii, quod eum in fratrem stimulabat, nihil erat, quod ardentius optaret, quam ut eum a quo interficeretur, simul occideret; id igitur sic potius enuntiandum erat, zraver Sara's milas, quam neura's Sareis πέλας· sin autem vivus e conflictu discederet, nolebat certe victus, sed victor discedere. Jam si vicisset Eteoclem, eum aut occidere, aut in exilium agere poterat. Ex his duobus hoc præoptabat. Fratrem enim, qui se regno et urbe excluserat, ex jure talionis eadem injuria ulcisci malebat. Itaque sic emendandos esse hos versiculos mihi persuasi:

σοὶ ξυμφίρισθαι, καὶ κτανιῖν θανών πίλας,

π ζῶν ἀτιματῆρα τώς σ' ἀνδοηλάτην φυνή τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον. His ita constitutis optat Polynices, ut, cum fratre congressus, auc occidat eum, etiamsi sibi una cum eo moriendum sit, aut si superstes fuerit, eum qui se reguo expulisset, vieissim expellat. Prior autem correctio a Scholiasta ε. confirmatur; cujus ex interpretatione, συτῆναί σω καὶ φονῶναι ἀποθακών ἐγγὺς, clare apparet, eum in suo codice non legisse κτακών θακών πίλας, sed potius κτακών θακών πίλας. Apud Sophoelem Œdip. Col. primum quidem Po-

lynices v. 1339. optat, ut sibi contingat fratrem vi expellere, Œdipus vero ei imprecatur, ut occisus a fratre ipsum vicissim occidat.

άλλὰ συγγινίῖ χιςὶ Θανίῖν, απανίῖν Β' ὑφ' οὖπις ἐξιλήλασαι.

Accedit quod Euripides quoque Œdipi diras ita ratas fuisse auctor est, ut prior Polynices a fratre letali vulnere affectus, jam moribundus ipsum vicissim interfecerit (Phœniss. v. 1429. sqq.):

ਇτι γὰς ἐμπτίων βραχὸ, Σάζων εἰδηρον ἐν λυγρῷ-πετήμωνι Μόλις μὰν, ἔξίτεινι δ' εἰς ἔστας ἔίρος Ἐτεικλίους, ἐ πρόσθε Πολυνείκης πίσών.

Ταΐαν δ' δλάζ ἱλόντις, ἀλλήλοι πίλας
Πίπτουσιν ἄμφω, κοὺ διώρισαν κράτος.
Itaque si emendatio nostra valeat, hene
inter se cohæreant ξυμφίριο βαι-πετανεῖν-σίσασ βαι; et ut infinitivi κτακιῖι
ας πίσασ βαι; et ut infinitivi κτακιῖι
ας πίσασ βαι; disjunctive posita ca designarent, quorum alterutrum ut fieret
Polynices expetchat, sic participia βακὸν et ζῶν utriusque horum eventorum
conditiones innuerent.

Tos i. q. evres, construendum cum armatique; et armatique rois s' angentamment, te expulsorem suum tam in se contumeliosum.

640. จ้างที่ รถ่า หน้าถ้า รถ่าถึง รโรกเริกเ รกุ่รรถ. Macrologiam quandam sapit hic versiculus; et si pro ล้าจิดูคลล์สาท in quibusdam codd. forte reperiretur ล้า-รักกลสาท, in proclivi esset suspicari versum 640. ex interpretatione ortum, Æschylumque tantum scripsisse;

ที่ รู้อ้า ล้งรุนลรที่จุล รอ๋ร ช ล้งอิดุกิลชามัง, quod si verum esset, particula รอ๋ร i. q. อ๋นอ๋อร cum ล้งอิดุกิลชามัง construeretur. Sed hæc incertiora sunt, quam ut mutari nunc quidem aliquid deheat

641. sqq. reave?— Hedentinees fin.
Talia vociferatur Polynices, patrieque
terræ indigenas doss invocat, ut preces
suas diligenter respiciant, casque omni-

Καλεί σατρώας γής, ἐποπτήσας λιτών
Τών ἀν γενέσθαι σάγχυ Πολυνείκους βία.
Έχει δὲ καινοπηγὲς εὔθετον σάκος.
Διπλοῦν τε σήμα σροσμεμηχανευμένον.
Κρυσήλατου γὰς ἄνδρα τευχης ἡν ἰδεῖν
Αγει γυνή τις σωφρόνως ἡγουμένη.
Δίκη δ' ἄς' εἶναί φησιν, ὡς τὰ γράμματα
Λέγει· ΚΑΤΑΞΩ Τ΄ ΑΝΔΡΑ ΤΟΝΔΕ, ΚΑΙ
ΠΟΛΙΝ
ΈΞΕΙ, ΠΑΤΡΩΩΝ ΔΩΜΑΤΩΝ Τ΄ ΕΠΙ-

ΣΤΕΟΦΑΣ.
Τοιαῦτ' ἐκείνων ἐςὶ τάξευς ήματα.
Σὰ δ' αὐτὸς ἤδη γνῶθι πίνα ωέμπειν δοκεῖς.
'Ως οὔποτ' ἀνδρὶ τώδε κηρυκευμάτων

643. Bia] Bia Rob. 644. sideror] sünundor Turn. Vict. etc. ante Brunck. qui recepit süderor e Regg. 645. wessemmanuminer] wessemmanuminer Mosq. 1. 646. eronnenn) erunnerad Ald. Rob. Turn. resnerad Vit. 647. änni änna Ald. 648. eroni eneri Vit. 649. anerita er änges I in recte Brunck. e cod. Reg. 651. isi Viteb. 652. danis] dani on Ald. B. Vulgo aburat et. 653. ands er enerit viteb.

no ratas habeant. Ordo verhorum est: «maye' direi Nodovinose him, nul nadei Isode zereddies wareins zie, Adam describes war de de zerez zere

644. silveror oditos. Daplicem lectionem, silveror et sinundor, jam Schol. «'. memorat. Utraque satis bonum sensum fundit, ut, que verior sit, vix certo decerni quest.

645. Simhour es ouns. Norape una tantum imago erat, sed duabus figuris aut formis constans.

646. sq. χευνήλατον—λγουμίνη. Aureum enim s. ex auro fabricatum hominem armatum (h. e. militem) ducit mutier quedam modeste praiens. Taiv pendet a συχανόν, pleonasmo Gracis familiari; ut sleddir vasslas Eurip. Phoniss. 146.

648. Ains F de eleci Queir. Stanleius vertit: Justitia sano-dicitur. Perperam. Significat enim: Justitiam vero se esse ait. Nempe totam clypei inscriptionem duobus senariis absolutam fuisse fingit:

Δίπη μασάξω ς' Ενδρα σύνδι, καὶ πόλιο

"Eğu, aureğan dumáran r' laises-Pás.

h. e. Ego Justitia reducam hunc virum, et urbem possidebt, patrieque domus alternas vices consequetur. Huc igitus pertinet, às và γράμματα λίγαι. Non emim nuntius e figura tantum et habitu mulieris eam esse Justitiam conjiciebat, sed ex inscriptione ipsa certo cognoverat.

651. τωαῦν' — ἰξινεήμανα. Talia sunt illorum Polynicis scil. et ceterorum ducum inventa. ἰξινεήμανα, quia suopte marte clypeorum insignia a ducibus inventa esse fiugit.

652. ov Jonus. Tu jam tecum reputa, quem adversus fratrem tuum mittendum censeas.

653. Fidem in officio explendo suam predicat nuntius, ut supra v. 66. etc. is sinso' krêşì rişês angunsumarus mim. 44, nam nunquam hujus hominis (h. e. meam) in nuntiando fidem ac diligentiam desiderabis s. culpabis. rişês krêşî,

Sumerinas pronuntiatur.

ed 8 abris — retur. Tu autem ipse jam vide, quomodo gubernes urbem.

2 4

Μέμψη, σὺ δ' αὐτὸς γνῶθι ναυκληρεῖν τόλιν.

'Ετ. 'Ω θεομανές τε καὶ θεῶν μέγα ςύγος, 655
'Ω πανδάκρυτον ἀμὸν Οἰδίπου γένος'
' Ωμοι, πατρὸς δὴ νῦν ἀραὶ τελεσφάροι.
' Αλλ' οὕτε κλάειν, οὕτ' ὀδύςεσθαι πείπει,
Μὴ καὶ τεκνωθῷ δυσφοςώτερος γόος.
' Επωνύμω δὲ κάρτα Πολυνείκει λέγω'
Τάχ' εἰσόμεσθα τἄπίσημ' ὅπη τελεῖ'
Εἴ νιν κατάξει χρυσότευκτα γράμματα
' Επ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν φοίτω φρενῶν.
Εἰ δ' ἡ Διὸς παῖς παρθένος Δίκη παρῆν

656. ἀμλη ιόμλο Ald. Ιμλο Rob. (1637. λη λ Viteb. 658. αλάνο λαίνο Ald. Rob. 660. Πολυνίανι Παλυνίανη Rob. 661. εἰσόμισθα ιἰσόμισθα Ald. σάσίσημη συστίσημο Viteb. δτη δτο Rob. Vict. 663. φώτομη τύφω Ald. Turn. συμφότου Rob. corrupte. φώτος confirmatur codd. Regg. Mosq. 1.2. it. Schol. 664. ωπεδίνος Δίκη ωπεδίνου δίκην Ald.

655, 656. Prima hace Eteoclis apostrophe tota ad Edipi genus pertinet, quamquam sunt qui versum 655. de Polynice capiant. O divino instinctu furens diisque graviter exosum, 6 perquam lacrymabile acrum Edipi genus. Nempe opiò ex Aldina ed. pro vulgibio, quod hic valde languet, restituendum puto. opiò Oldivou yisos, ut Horatius acrum Pelopis domum. sirves graviter pro suynes, quensón. cf. v. 693.

657. **peu — viltopieu. Hei mihi, nunc patris dire-rate habeutur. Æschylus in hac tragcedia, quod post magis apparebit, Edipum in exilio, quod sua sponte sibi imposuit, jam vita excessisse, et antea diris filios devovisse, fingit, quibus ut ferro se invicem occiderent, imprecaretur. cf. que dicemus ad. v. 780. sqq.

658. Præclare servat animi fortitudinem Eteocles, cum statim eum ah exclamatione doloris horrorisque plena tevocat. &A. obre-durgagiores; (durgagiores; Guefa, nec lamentari decet, ne forte into-terabilior etiam luctus erusipat. Nam si ipse tristitias et agritudini se dare volusset, magnam vim ea res ad frangendos civium animos habuisset, adeoque res publica in summum esset, periculum adducta. cf. v. 193. sq. ph vilum adducta.

xman, ne pariatur, ne existat.

660. Ισωνύμω δι κάρτα Πολυνίκοι λίγω. Jam autem Polynici, vere ita nominata (nunc enim se σελλών νεκίων auctorem prodit) hæc dico.

661. τάχ' εἰσόμισθα—τελεῖ. Moz cognoscemus, quemnam ezitum ejus insignia (in Guelf. Ald. Turn. est τοὐπίσημ'), pro τὰπίσημ') habitura sint.

662. sq. el viv naráğu—pewär. Videbimus, inquam, an eum aurea littera reducturæ sint, quæ in clypeo ejus garriunt (φλύοντα enim est h. l. nugantia, stolidæ superbiloquentiæ plena, non ut Burtonus vertit: e clypeo quesi ebullientia) una cum mentis insania, h. e. ea garriunt, quæ ipsius insaniæ consentanes sunt, quæ ejus furor quasi dictavit. Ege enim φλύοντα ad χρυσοτευπτά γράμµara traho, cum Stauleius hoc participio ad viv relato, sic verterit: utrum illum reduzerint auro elaboratæ littera in clypeo effutientem cum fastu mentis. σὺν φοίτο φεινών, ita jubente ejus insania. Etenim aureæ litteræ hujus Polynicis insaniæ quasi quædam interpretes e-

664. sq. εἰ δ' ἡ Διὸς waïς—τέχ' ἐν τόδ ἦν. Jam si quidem Jovis filia virgo Justitia (" Hesiod. Έργ. v. 256.

'Η δί τε ταμβίνος ἐςὶ Δίκη, Διὸς ἐκγιγαυῖα. ad quem Proclus: Παρβίνος μὲν ἡ Δίκη "Εργοις ἐκείνου καὶ Φρεσὶν, τάχ' αν τόδ ἢν 665
'Αλλ' οὕτε νιν Φυγόντα μητρόθεν σκότον,
Οὕτ' ἐν τροΦαῖσιν, οὕτ' ἐΦηδήσαντά πω,
Οὕτ' ἐν γενείου ξυλλογῆ τριχώματος,
Δίκη ϖροσεῖδε καὶ κατηξιώσατο
Οὕδ' ἐν ϖατρώκς μὴν χθονὸς κακουχία 670
Οἵμαί νιν αὐτῷ νῦν ϖαραςατεῖν ϖέλας.
'Η δῆτ' αν εἴη ϖανδίκως ψευδώνυμος
Δίκη, ξυνοῦσα Φωτὶ ϖαντόλμω Φρένας.
Τούτοις ϖεποιθώς εῖμι, καὶ ξυςήσομαι

668. ζυλλογή Ald. Rob. Turn. Vict. 669. ωροσείδε] ωροσείσε Ald. Rob. Turn. Vict. σροσείδε jam Staul. a Schol. α΄. lectum fuisse putabat; idem Martini V. L. p. 243. defendit, et Brunckius recepit. 671. νῦν παρασατεῖν συμπαρασατεῖν Ald. Turn, Vict. νῦν παρασατεῖν Codd. Regg. Mosq. 2.

τοις θεολόγοις είθηται, διότι τῶν τὸ δικατικὸν γίνος ἀδιάφθορον είναι δεῖ καὶ
καθαρόν· καὶ τούτου σύμβολον ἡ παρθενία. Παῖς δὲ τοῦ Διὸς, διότι νομοθέτης
εὖτός ἐςι κοσμικὸς, ὡς ἄρχων καὶ βασιλεὺς τῶν ὅλων." Burton) ejus factis et
consilis adesset, fortasse illud eveniret,
ut in urbem reduceretur.

666. sqq. Eteocles dicturus, nunquam Justitiam fratrem suum adspicere dignatam esse, hanc sententiam decore per μερισμόν exsequitur. At Justitia eum nec primum nascentem, nec infantem, nec puerum, nec pubescentem adspectu suo dignata est. Ετε φυγόνο μησεόθεν σκότον (comparavit Abreschius Æschyl. Eumenid. 668. obd' in σχότοισι ນກ໌ Suos ຈະປອດພຸພະນາ, item Pindar. Nem.i. v. 53.) periphrasi temporis nascendi, haud fere audaciori, atque ea est qua nos utimur: da er zum erstrenmal das Licht der Welt erblikte. Sed hæc usu trita, illa novitate quadam splendebat. έν τροφαίσιν designat ætatem infantiæ proprie sic dictæ, qua puerulus a nutrice alendus esset. ἐφηθήσαντα notat ætatem intra infantiam et pubertatem inclusam, h. e. pueritiam proprie sic dictam. ουτ έν γενείου ξυλλογή τριχώparos, neque inde a quo ei barba crevit, adolescentiam et puberem ætatem significat.

669. Δίκη προσείδε. Quam vim ex veterum opinione habuerit, si quem di deæve placidis et benevolis oculis

nascentem adspexissent, multis veterum poëtarum locis intelligitur. cf. quæ Bern. Martini laudavit Callimach. Hymn. in Apoll. v. 51, 52. in Dian. v. 129. Theocr. Idyll. ix. v. 35. adde Hesiod. Theog. 91. Horat. Carm. iv. 2. 1. sqq. æpostiðs xal κατκζιώσατο figura iv διά δυοίν, adspectu dignata

670. sq. . . v warequas - wilas. Neque vero eam nunc in patriæ telluris læsione ipsi adfuturam esse opinor. iv nanouxia male vertit Stanleius in usurpatione iniqua. Non enim adeo impudens erat Eteocles, ut quem ipse per injuriam regnandi societate exclusisset, eum ultro tanquam indebitæ potestatis usurpatorem, seu postulatorem potius, iniquitatis accusaret. Imo vero per totam hanc fabulam id agit Eteocles, ut ab ea, qua ipse fratrem læserat injuria, spectatorum animos abducat, eosque tantum ad Polynicis odium convertat, qui utique vehementer antiquorum hominum opinione culpandus videbatur, quod cum exercitu patriam urbem oppugnaturus venisset.

spexisse putabat. Veruntamen incertum hoc est, a conjectura ductum; et ai verum esset, Euripidis reprehensio facile dilui, justisque argumentis convinci posset. Nam nihil interea, dum Eteocles cum nuntio colloqueretur, ab hostium incursu timendum esse, spectatoribus, qui Eteoclis primum sermonem audivissent, ejusque vigilantiam et prudentiam cognovissent, satis persuasum erat; et ipsa hujus colloquii, quamquam paulo prolixioris, celeritas, impediebat, quo minus, si quid in ea re a verisimilitudine alienum esset, id a theatro animadverteretur.

Clypeorum vero descriptiones non otiosæ sunt, sed ita conformatæ, ut hostilium ducum animos et consilia prodant; ut in his iterum Æschylum Euripide
superiorem judicem. Hic enim nuntium qui prælii jam commissi eventum narrat, imperatorum quoque insignia describentem induxit; sed ita ut nec ipsa insignia eandem, quæ in Æschyleis cernitur, inventionis calliditatem prodant, et
eorum descriptio prorsus alieno loco, ubi ea rescire nihil spectatorum intererat,
temere intrusa tædium audientibus objiciat.

Æschylus vero nihil hic inepte molitus est; omniaque quæ parum decora aut minus consilio idonea essent, e fabula circumscripsit, eoque dicendi genere usus est, in quo descriptæ personarum vices pulcherrime servarentur, nec unquam, si ab uno duobusve locis discesseris, magnitudinis et gravitatis consectatio inflatam ac tumentem efficeret orationem.

Ceterum Aristosles, Athenæo auctore, testatus est, hujus fabulæ actionem etiam ab arte Telestæ, quo ad choreas utebatur Æschylus, magnum lumen habuisse, ut qui res a septem ducibus gestas saltatione callidissime expresserit*; qua de re in apparatu historico copiosius agemus.

Deipnosoph. lib. i. p. 22. ed. Casaub.



IN

ESCHYLI

PERSAS.

ÆSCHYLI

PERSAS.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ.

Cum Xerxes et mari et terra bellum Gracia illaturus, cum tantis cam copies invasisset, quantas neque antea quisquam habuerat, neque postes habuit, ingentem per omnes imperii provincias juvenum virorumque vastitatem effecerat. Quam quidem solitudinem primo hujus traggedize ingressu . Sones, quibus Xerxes domus rerunque suarum custodiam tradiderat, multis vechis queruntur; ac breviter b populorum, qui regem ad bellum secuti erant, corumque ducum nomina recensentes, suspensos sibi ac sollicitos animos esse significant, quanam futura sit regis fortuna, cogitantibus. Etsi enim e tam immenso exercitui, qui torrentis ritu universam Græciam inundabat, nemo videbatur futurus esse, qui obsistere posset, suspicabantur tamen senes, ne divini aluminis invidia a magna Persis clades pararetur. Hæc igitur illis animo volventibus, Atossa s, mater Xerxis, Darii vidua, in scenam prodit, cum alias anxia futuri f, tum hesterna nocte, luculento somnio, quod mala regi portendere videbatur, majorem in modum perturbata. Quod cum illa senibus narrasset s, bi quidem non id agunt, at visum illud regine oblatum interpretentur, sed tantum, ut deos supplicationibus adeat, terræ inferisque libationes offerat, imprimisque, ut regem Darium, cujus speciem noctu vidisset, precibus sibi benevolum ac propitium reddat, exhortantur h. Acquiescit in consilio regina, et quædam de Athenarum situ, fortuna, viribus exquirit i. Ecce autem nuntius accurrit anhelans, totumque Persarum exercitum deletum esse clamat 1. Chorus ejus clamoribus suos quoque

[•] v. 12. sqq. • v. 15. sqq. • v. 85. sqq. • v. 91. sqq. • v. 147.

v. 157. sqq.
v. 174-212.
v. 213-223.
v. 224. sqq.
v. 247. sqq.

genitus vocesque lamentabiles miscet 1. Atossa autem tanti tamque subito allati mali terrore primum attonita et obstupefacta, tandem ipsa quoque silentium rumpit =, paululumque, ubi Xerxis vitam salvam esse accepisset, recreata =, fusius de rebus Persarum male gestis exponentem nuntium audit . Finita ejus narratione, regina quid in hac rerum adversitate senes facere velit, edicit »; deinde ea, quæ inferiis necessaria essent, paratura intro abit. Chorus interea luctum tot viduarum, maritis parentumque filiis orbatarum prosequitur, talemque civium ac navium jacturam deplorat q. Redit Atossa, seque jam ad Darii sepulcrum libaturam ostendit *; senibus autem, ut ejusdem regis umbram carminibus evocent, quo eam de rebus suis consulere possint, persuadet . Itaque illa ad inferias peragendas, hi ad carmen lamentabile, quod ab inferis Darium Quibus rite perpetratis surgit ab inferis anims educeret. convertuntur t. Darii ", et quid acciderit, sibi narrari jubet. Accepta vero Xerxis clade, partim eam fati necessitati, partim ipsius filii culpæ tribuit x, quippe qui cum alias tum præsertim Hellesponto vincula injiciendo, superbius se gessisset, quam ut effugere posset ultionem deorum. Deinde quid de relique exercitu futurum sit, et quantum etiamnum supersit calamitatis, vaticinatus, unicum Persis malorum remedium esse docet, si memores Athenarum et Græciæ suis se finibus contineant, belloque adversus Græcos gerendo prorsus abstineant 7. Postremo senibus ut Xerxem admonitionibus corrigant, Atossæ autem, ut cum vestibus decoris filio obviam eat, eumque consoletur, præcipits. Quo facto ad inferos redit. Atossa deinde umbræ mariti dicto audiens, vestes filio quassitum domum regreditur. Chorus in laudes Darii excurrit . Scens ultima Xerxes ipse advenit, qui non solum, quantum ipsum fortunæ suæ pigeat ac posniteat, libere proloquitur, sed etiam Chorum ad societatem doloris provocat. Ita mutuo gemitu, planctu, dolore tragodia finitur-

Scenæ dramatis novem sunt. Prima, quam Chorus agit v. 1—152. secunda, Chori et Atossæ colloquium, v. 153—246. tertia, quæ nuntil narrationem complectitur, iisdem in scena manentibus v. 247—529. quarta, Chori canticum v. 530—596. quinta, redeuntis Atossæ cum Choro confabulatio, hujusque carmen quo Darium evocant, v. 597—677. sexta, quæ Darium ab inferis evocatum sistit v. 678—839. septima, breve Chori et Atossæ diverbium v. 840—848. octava, Darii præconium a Choro cantatum v. 849—904. ultima, communes Xerxis e bello redeuntis Chorique eum salutantis lamentationes continet v. 905—1068.

```
1 v. 254-287.
```

m v. 288.

n v. 298.

e: v. 300. sqq.

P v. 525.

⁴ v. 530-596.

^{*} v. 597-617.

[•] v. 618-621.

t v. 621-677.

^{*} v. 678.

[≠] v. 736. sqq.

y v. 787. sqq.

^{*} v. 829.

[.] v. 849-904.

• FABULÆ PERSARUM FUNDUS, PERSONÆ, ITEM SCENÆ LOCUS, TEMPUS, ORNATUS.

In historia belli Persici, e qua tragodiæ hujus argumentum sumsit Æschylus, multa esse, in quibus poëta ab historicis, nominatim Herodoto, dissentiat, facile deprehenditur; sive quod Phrynichi Persas in nonnullis fabulæ partibus imitatus fuerit; sive quod suo potius ingenio, aut famæ, quam certis historiæ testimoniis obsecutus; sive quod in quibusdam rebus, ea quæ ipse vidisset aut audivisset, aliorum narrationi anteposuerit, ut qui non solum Marathoniæ puguæ, sed etiam prællis Salaminio et Platæensi non sine magna virtutis laude interfuisset. Primum igitur in populorum sub Xerxe stipendia merentium, ducumque et imperatorum nominibus parum ei cum Herodoto convenit. Herodoto enim si credimus in exercitu Xerxis

| Persis præfuit | Otanes Amastris fil. |
|---|----------------------|
| Medis | Tigranes |
| Assyriis | Octanes Artochæi fi |
| Bactriis | Hystaspes |
| Indis | Pharnazathres |
| Parthis et Chorasmiis | Artabazus |
| Sogdis | Arzanes |
| Gandaris et Dadicis | Artyphius |
| Caspiis. | Ariomardus |
| Sarangis | Pherendates |
| Pactyis | Atragates |
| Utilis | Arsamenes |
| Myris et Paricaniis | Tiromitres |
| Arabibus et Æthiopibus | Arsames |
| Afris | Masanges |
| Paphlagonibus et Matienibus | Dotus |
| Mariandenibus, Ligyibus et Syris | Gobryas |
| Phrygibus et Armenis | Artochmes |
| Lydis et Mysis | Artaphernes |
| Thracibus | Bagassaces |
| Moschis ac Tibarenis | Ariomardus |
| Macronis et Molinoccis | Artayetes |
| Mariis et Colchis | Pherendates |
| Allarodiis et Laspiris | Masistes |
| Jusularum maris Erythræi incolis | Mardontes. |
| , | • |

b Lib. vii. cap. 61. sqq.

Præter hosce singulorum populorum præfectos sex alios, qui summæ rerum præerant in exercitu terrestri, nominat Herodotus, Mardoniume, Trintatachmen, Smerdonen, Masisten, Gergin et Magabyzum. Summi vero classis præfecti Herodoto teste fuere Ariabignes, Prexaspes, Megabyzus, Achæmenes; quorum sub auspiciis Sidoniis przerat Tetramnestus, Tyriis Mapen, Aridiis Nerbal, Cilicibus Syennesis, Lyciis Cyberniscus, Cypriis Gortus, et Timonax, Cariis Histizus, Pigres, et Damasithymus. Quorum nominum paucissima apud Æschylum occurrunt. Neque vero multa eum omisisse mirandum esset, utpote qui tragædiam, non historiam scriberet; sed hoc tamen mirum est, Æschylum multa ducum nomina memorare, quorum nullam Herodotus mentionem fecerit. Qua quidem re adducor fere ad suspicandum, poëtam nostrum, ut Scholiastæ quoque visum est, pleraque illa ducum nomina suopte ingenio finxisse.

Deinde in causis expeditionis a Xerxe susceptæ tradendis historiæ veritaten paulisper inflexit Æschylus. Nihil enim de Darii consilio Græciam novo bello persequendi, Atheniensesque ulciscendi tradidit d, quod ille exsecuturus erat, nisi morte præpeditus fuisset. Et quamquam v. 244. Chorici senes cladis a Dario apud Marathonem acceptæ quasi prætereuntes mentionem injiciunt, tamen et ipsum illud clarissimum Marathonis nomen silentio tegunt, et alibi sc de Dario loquuntur, quasi semper ille invictus discesserit, nec umquam qua incepisset, sinistre ei evenerint. Herodotus porro Xerxi primum animum a bello Græciæ inferendo alienum fuisse narrat e; post eum a Mardonio incitatum, frustra renitente Artabano, consilium cepisse belli gerundi; cujus cum eum ponituisset, tamen eum viso nocturno sæpius oblato, cui Artabanus quoque conceserit, confirmatum, in hac sententia perstitisse, ut sibi nihil utilius ac gloriosius fore putaret, quam cum Atheniensibus ex universa Græcia belligerare. Æschylus vero Xerxi amicos desidiam atque ignaviam exprobrasse, horumque opprobriorum stimulis, exemplo quoque patris proposito, eum ad bellum adversus Græciam suscipiendum excitasse fingit. Itaque et bellum adversus Egptios ante quam Græciam invaderet, feliciter a Xerxe gestum f, alto apud E. schylum silentio premitur. Denique in serie regum Persiæ ducenda aliquantum Æschylus ab historicorum monumentis discedit, qua de varietate narrandi aptior erit in Excursu ad v. 762. hujus tragædiæ dicendi locus.

Personæ dramatis præter Chorum, quatuor sunt, Atossa, nuntius, umbra Darii, Xerxes. Chorus constat senibus, principibus viris et summo loco natis, quibus Xerxes curam rei publicæ ac domesticæ demandaverat. Septem eos regni proceres fuisse suspicatur Stanleius; sed de numero incerta res est. Atosse, Darii vidua, mater Xerxis, id temporis jam provectioris ætatis erat. Nuntins non ex corum numero est, quos Xerxem per certa stationum intervalla disposuisse scribit Herodotus, sed ipse rerum gestarum testis. Darius autem Hyst-

[•] Herodot. lib. vii. cap. 82.

e lib. vii. c. 5. lib. vi. cap. 4. f lib. vii. c. 7.

spis filius annis ante Persarum cladem mortuus erat. Ejus umbram ab inferis evocatam spectatoribus ostendit Tragicus noster, in quo eum ob generosam nova inveniendi audaciam jam antiqui scriptores laudant. Xerxen denique non solum, sed comitantibus forte paucis asseclis, mutis personis, scenam ingressum esse conjicio. Agitur autem fabula Susis, ante regias ædes; quas a dextro aut sinistro latere scenæ repræsentatas fuisse, credibile est, ita ut a postica ejus parte Darii sepulcrum spectatoribus ostenderetur.

Diei tempus nuspiam in hac tragcedia diserte notatur. Actionis tamen initium ante meridiem poni exinde colligitur, quod Atossa somnii quod superiore nocte viderat, narrationem non videtur in postmeridianum tempus distulisse.

Scenam ædibus ac Darii monumento decoratam fuisse, res ipsa docet. Quonam vero schemate Æschylus usus fuerit ad histrionem qui Darii umbram imitabatur, vestiendum, non constat. Illud certum est, eum habitu quoque spectri quandam similitudinem præ se tulisse. Machinis quoque locum fuisse conjicio, quibus extolleretur Darii persona, eum surgeret ab inferis, ac ad eosdem rediens, deprimeretur.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΤΡΑΓΩΔΙΑ

 $\Pi E P \Sigma A I.$

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΧΟΡΟΣ. ΑΤΟΣΣΑ. ΑΓΓΕΛΟΣ. ΔΑΡΕΙΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ. ΞΕΡΞΗΣ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΕΡΣΑΙ.

XOPOΣ.

ΤΑΔΕ μέν Περσών τών οἰχομένων Έλλάδ ές αἶαν ωιςὰ καλεῖται, Καὶ τών ἀφνεών καὶ ωολυχρύσων

3. άφνεῶν] άφνειῶν Guelf. καὶ ψολυχεύσων] τῶν ψολυχεύσων Rob.

IN SCRNAM I.

3

v. 1-152.

Chorici Senes, quorum curæ Xerxes regnum ac domum demandaverat, primum, qui sint et quid rerum gerant, spectatorum causa verbis declarant. Quæ quidem tragœdiæ ingressio, quamquam non omnino male instituta est, sapientius tamen Promethei vincti ac Thebaidos principium adornatum est. Ibi enim nihil dicitur ab iis qui primo loco scenam ingrediuntur, nisi quod suis ipsorum ex rationibus dicere debebant; tamen ex iis, quæ dicunt, spectatores plenam corum notitiam Quid autem causæ subcolligunt. erat, cur hic senes Persæ statim qui essent, quoque munere fungerentur, exponerent, quod ex corum numero neminem fugiebat? Nimirum ne spectatores ignorarent. At vitiosum est in dramate personas ita loquentes agentesve inducere, ac si scientes theatri curiositati inserviant. Verum hoc vitii genus ortum est e dramatici et epici poëmatis confusione, vetere que tragicos tum maxime hic lapsos esse deprehendimus, ubi ab initio vel Chorum solum, vel quendam ex interlocutoribus solum secum loquentem facerent.

1. sq. Τάδι μίν. Τάδι h. l. διιατικώς, et pro ἡμιῖς positum, ut Sept. adv. Theb. v. 975.

Πιρεῶν τῶν οἰχομένων—κῖαν. Probabiliter hoc adjectum et ad argumentum fabulæ declarandum appositum.

2. wişă. Sic v. 169. yngalia wişămara de iisdem senibus; et v. 678. wişă wişăr. Quod subjicitur malirai h. l. et sunt et nominantur. Kaliodai, vomițiodai, aidāodai, quiviodai swpe pro iirai poni, dudum observarunt Grammatici, in his nuper Burgess ad Soph. (Ed. Col. p. 51.

3. παὶ τῶν - Φύλαπες. Ostendunt senes, se non solum regni Persarum fidos Xerxi ejusque familiæ administros, sed etiam Susorum, qua in urbe regia Persarum erat, ingentibus diviliis opibusque custodes esse constitutos. ἀφιλα παὶ πολύχευσα τὸρανα, opulenta sedes auroque abundans, apte designat Xerxis regiam; qua cum potiretur Alexander, ut reliqua taceam, auri argentique non signati plus quadraginta millium talentorum invenit. Diodor. Sic. lib. xvii. cap. 6.

Έδράνων Φύλακες, κατά ωρεσθείαν Ους αυτός άναξ Ξέρξης βασιλεύς Δαρειογενής

Είλετο χώρας έφορεύειν. 'Αμφι δε νός ω τῶ βασιλείω Καὶ σολυχρύσου ς εατιας ήδη Κακόμαντις άγαν όρσολοπείται Θυμός ἔσωθεν.

Πᾶσα γὰρ ἰσχὺς ᾿Ασιατογενής

6. Δαριιογενής] Δαριίου υίδς additur Ox. Mosq. Viteb. Turn. διός Δαριίου Guelf. Utrumque additamentum e scholiis inductum. 10. derolowsiras derorali-Turn. Sed recte jam Stephanus preferendum censuit ¿¿çochorsiras, quod Hesychii quoque auctoritate confirmatur. 11. icads omissum Viteb. 12. 'Asiaroysens] 'Asiaroysens Turn. probante Pauwio.

4. zarà messcriar. " Propter dignitatem. Hesychius : Πρισβείη, τιμη μείζων. Rursum Πείσδεις, βασιλείς, ἄεχον-τις, προτιμούμενοι. Noster infra v.

625. Basilita yinai meleses Missais. 4. sqq. nara meissiar olis-isoseinis. Quos ipse rez Xerzes, imperator Dario prognatus, pro dignitate elegit, ad regni sui se absente surum tutelamque gerendam. " Aliter autom Herodotus, apud quem Xerxes soli Artabano imperium committit, his verbis : σῶζε οἶκόν τε τὸν έμου, και τυραννίδα την έμην. Σοί γιλο έγω μαύνω εκ πάντων σκήστρα τὰ έμα έπιτραπώ, quæ locutus Artabanum Susa dimisit." Stanlei. Βασιλιύς Δαguoyents explicationis causa adjectum. Opportune autem hic Xerxes nominatur, ne spectator temporis, quo hæc geruntur, notitia careat.

χώςας έφοςεύειν. Dubitare videtur Abreschius, quartusne plur. an secundus sit casus xúgas; provocans ad Suppl. 684. 634. Eumenid. 534. ubi ἐφορεύειν cum accusativo construitur. Sed hæc exempla non impediunt, quo minus h. l. vocabulum x sees, quod sensus postulat, genitivo casu elatum esse dicamus.

8—11. ἀμφὶ δὶ νόσω— θυμὸς ἔσωθεν. Verum de reditu regis exercitusque auro abundantis nunc jam mala præsagiens in pectore animus vehementer perturbatur. aupi 1659, metuebant enim ut salvi redirent. In metus, timoris, sollicitudiuis affectibus exprimendis præcipue excellit Æschylus. Variavit autem verborum structuram in his with Basiliém zai seatias, pro Basilius. Similem loquendi formam Abreschius observavit v. 76. zer Zerómais iz en 94. λάσσης ἰφίταις.

10

woλυχεύσου τρατιάς. Ingentem auri argentique vim in exercitu Persarum fuisse memorize proditum est ab historiæ scriptoribus, cf. Herodot. lib. vii. c. 41. 85. nanéparers hic paulo aliter ac supra Sept. adv. Theb. 724. Ibi de furia mala hominibus denuntiante; h. l. autem Jupie manheaver, mali pre saga. Causas sollicitudinis exponit Chorus v. 91. sqq. Sæpius autem Tra-gicus de prævisione malorum utitur vaticinandi verbis.

όρσολοπεῖται. Hesychius: 'Ograh πείται, διαπολεμείται, ταράσσεται, Μ·

12. wasa yae iszus 'Asiareyinis oïxuner. Omne enim robus Asiaticum, h. e. omnis Asiæ juventus abiit. Neminem enim fere qui arma portare posset, a Xerxe domi relictum esse, immensus copiarum numerus nobis Ex unius Pythii familia persuadet. quinque filii exercitum sequebantur; tantumque aberat ut pater uni corum vacationem impetrare pollet, ut potius eam petenti Xerxes vehementer iratus crudeli filium innocentem supplicio afficeret.

Οίχωκεν νέον δ΄ ἄνδρα βαύζει. Κούτε τις ἄγγελος, ούτε τις Ιππευς *Αςυ το Περσων άφικνείται. Οίτε το Σούσων, ήδ' Αγβατάνων,

15

13. οίχωπι»] όχωπι Viteb. Ald. Tarn. οίχωπι Victor. νίον] τον Mgit Schol. in quibusdam Codd. βαΰζι Pauwius vel βαΰζω legendum, vel ad θυμός referendum putat, cum alii, ut Heathius, ex Assaroyerns, 'Asia quasi and rou nouvou repeti velint. Cel. Valckenarius ad Phænisa. Eurip. 1489. metrorum potissimum anapæsticorum rationibus adductus conjecit post βατζιι quædam deesse; cui repugnant Heathius et Brunckius; quia in his non ita terminetur sententia, ut basi et parœmiaco claudi omnino debuerit; connecti enim eam cum sequentibus co-pula 201, quæ novum sensum non inchoet. Heathius itaque hunc sensum verbis tribuit: Asia juventutem suam tantum non omnem a Xerxe in Graeiam abductam poscit et inclamat. Brunckii vero secundum opinionem Asia sic dicitur vior ardea i. e. την νιότητα πάσαν των Πιροών clamare, ut infra v. 918. αίαζει των ίγγαίαν ηθαν Πιροών. Perierat, inquit, juventus fere omnis. Verum si hoc perierat vir doctissimus de hoc loco, quem tractamus, intelligi voluit, uon animadvertit hic et v. 1. vocabulum ofxie Sai perire, sed tantum abire, discedere. Periisse enim juventutem hoc loco ante nuncii adventum senes Chorici nondum sciebant. Nobis vero durior h. l. videtur esse vocabuli 'Asia ex antecedente repetitio; nec levibus ducimur argumentis ad suspicandum, inter o naver et vier d' arden Bautis aliquot versiculos intercidisse. Qua de re ct. Commentar. ad h. l. 16. หัง] ทั้ง Mosq. 'Aycarásus] เมโลรล์รเม Mosq. Viteb. Guelf. Ald. Turn. etc. Scite autem Brunckius observavit urbem, quæ postea Ἐκζάτανα vocata sit, Æschyli ævo Αγζάτανα nominatam fuisse. Cf. v. 956. in quo etiam ad Wesselingii auctoritatem provocat, qui ubique in Herodoto e melioribus codd. istam scripturam restituit.

13. vier & ardea Baulu. Si hic sana omnia et integra sunt, utique renetendum arbitror 'Asía ex 'Asiaroyunis. q. d. et Asia cum clamore juvenes viros poscit, nullis scilicet præter pueros senesque maribus in regno relictis. Verumtamen hæc ratio paulo contortior est et abruptior, quam ut ita Æschylum scripsisse credam. Accedit quod cam Chorus bis in hac scena ad eandem sententiam redeat v. 59-64. et v. 131-137. utrinque etiam mentionem faciat parentum uxorumque desiderii, quo liberos maritosque prose-quantur. Fortasse igitur inter «"χωκεν et sios aliquot versiculi perierunt ; quorum quidem cum vicinis junctorum hanc fere sententiam fuisse suspicor: Abiit omnis Asiæ juventus; magnum ex horum desiderio dolorem capiunt, patres, matres, uxores; unaquæque recens nupta mæret, et juvenem maritum cum clamore poscit. βαθζειν Hesychius intp. ύλα-**** h. l. transfertur verbum ad vociferandi flagitandique sensum, quemadmodum in illo Lucretiano, -nonne videtis Nil aliud sibi naturam latrare: idem est latrare, ac vehementer poscene, flagitare.

14, 15. xours - apirniram. Neque ullus sive pedestris sive equestris nuntius ad hanc urbem Persarum imperii caput advenit. Iraniv, de krystous illis sveredariis publicis accipio apud Persas institutis, quorum rationem describit Herodotus lib. viii. c. 98.

16. des qui quidem scil. Persæ Susorum urbe, et Ecbatana Mediæ metropoli, et vetere Cissiæ sede relicta abierunt, alii equis alii navibus vecti, alii pedites, pedestri itinere belli robur ac molem præbentes. Woliuw sipos waeixur vel simpliciter est bellicum agmen facere, vel simul robur belli notatur. Utro modo explices, hoc certe tenendum, βάδην-παςίχοντες ad wεζοùς tantum, non ad equites nautasque pertinere. Aliter enim post βάδην commate distinguendum esset, repetito post βάδην, ex antecedentibus είσαν; quod sane langueret ex tautologia, πι-ζοι βάδην ίζαν. Nostra vero ratione elegans efficitur periphrasis, #1ζοί τε, Badny Wedipou Sipos Waligertes.

Καὶ τὸ σαλαιὸν Κίσσινον ἔρκος Προλιπόντες ἔδαν, οἱ μὲν ἐφ' ὅππων, Οἱ δ' ἐπὶ ναῶν, ωεζοί τε βάδην Πολέμου ςῖφος σαρέχοντες Οἰος ᾿Αμίςρης, ἡδ' ᾿Αςταφρένης, Καὶ Μεγαβάζης, ἡδ' ᾿Αςάσπης,

Ταγοί Περσών,
Βασιλής βασιλέως ὅποχοι μεγάλου
Σοῦνται, ςρατιᾶς πολλής ἔφοροι,
Τοξοδάμαντές τ' ἠδ' ἱπποδάται,
Φοδεροί μὲν ἰδεῖν, δεινοί δὲ μάχην
Ψυχής εὐτλήμονι δόξη.

19. ναῶν] νηῶν τι Mosq. νηῶν Viteb. 21. οιος] Pauw. inepte corrigit αστη. Αμίτεης] ἀμνήτεης Ald. ἀμήτεης Rob. 'Αρταφείνης] ἀρταφίενης Guelf. ἀρταφείνης sic Mosq. 22. Μιγαδάζης] μιγαδάτης Viteb. μιταδάτης Mosq. Ald. 'Ατάστης] ἀτάτης Οχ. Mosq. Viteb. Ald. Rob. 24. βασιλῆς] βασιλίςς Mosq. Viteb. Ald. Rob. 26. τοξοδάμαντις τ'] Abest τ' Viteb. Guelf. τοξοδάμαντις Mosq. ἀδ'] δ' Mosq. 28. εὐτλήμονι] Sic Brunck. e codd. Reg.

17. Kissiver ignes. "Susa a Tithono condita, Memnonis patre; arx ipsa Memnonium vocabatur. Susii etiam Cissii sunt dicti, et Æschylus Memnonis matrem Cissiam vocat. Strabo lib. zv. p. 728. Aiyeras yae bi καὶ ετίσμα Τιθωνού του Μέμνονος τουτρός. Et mox : ή δ' ἀπρόπολις ἐκαλείτο Μεμιότειον. Λίγροται δὶ καὶ Κίσσιοι οἰ Σούσιοι. Φησί δε και Αίσχύλος την μη-Tien Migreres Kirriar. Auroram intelligit, quam Æschylus (fortasse in Ψυχοτασία) Cissiam fuisse tradidit. Sic Strabo. Æschylus vero hic Susa et τὸ Ψαλαιὸν Κίσσιον Τρχος separat, ut et postea v. 117. Cissia sane urbs erat in agro Susiano, Ptolem. Geogr. vi. Kiesins zwens meminit Herodotus vi. 236. Cissiorum Hesychius; 19res IIcan, quos in hac expeditione adversus Græcos profectos, tradit idem Herodotus armaturamque describit, et ducem nominat, Ataphem Otanis fil. lib.

21. 'Auisens idem esse videtur, qui infra vocatur 'Auisens. Virorum nomina metro refractaria in ordinem cogenda erant, ut versui aptari possent. Qui vulgo 'Aerapiens, transpositis litteris 'Aerapisms dici debuit.'
Brunck. " Sane Artaphernes qui-

dam, Artaphernis fil. Lydorum et Mysorum dux in hac expeditione memoratur Herodoto lib. vii." Stanlei.

20

25

22. Meyaldins. "Idem fortasse, qui Herodoto Meyalalos, à Meyalarus, inter præfectos nauticarum copiarum recensitus lib. vii. c. 87." Stanl.

'Asásans. " An idem qui Herodoto 'Tsásans dux Bactrionum et Sacarum? lib. vii. 95." Stanl.

24. βασιλής βασιλίως ἐσοχω. "Persarum imperatorem plures reges sibi subditos habuisse nemo nescit, ideoque titulum regis regum sibi vindicabat; ita in inscriptione monumenti Cyrum appellatum testatur Strabo lib. xv. ex Onesicrito.

'Ενθάδ' ἐγὰ κεῖμαι Κῦρος βασιλώς βασιλήων.

Ita se nominat Artaxerxes in epistols ad Esdram, Esdræ lib. i. c. 7." Stanl. βασιλίως μιγάλω. Hec titulo regem Persarum insignitum fuisse notissimum est; nec in re tralatitia opus est exemplis, quæ ad h. l. congessit Stanleius.

26—28. τοξοδέμαντις—δίξη. Alii quidem sagittarii, alii equites, abpetu formidabiles, in pralioque strenui propter insitam omimi cedere nescii virtutem, cuì jus laude florent.

'Αςτεμδάςης β' ἱππιοχάρμης,
Καὶ Μασίςςης, ὅ τε τοξοδάμας
'Εσβλὸς 'Ιμαῖος, Φαςανδάκης β',
"Ίππων τ' ἐλατηρ Σωσβάνης.
"Αλλους δ' ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων
Νεῖλος ἔπεμψεν Σουσισκάνης,
Πηγαςαγών Αἰγυπτιογενης,
"Ο τε τῆς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄςχων
Μέγας 'Αρσάμης, τάς τ' ἀγυγίους
Θήδας ἐφέπων 'Αςιόμαρδος,
Καὶ ἐλειοδάται ναῶν ἐρέται

Iντλήμου Ald. Turn. etc. ἀτλήμου Rob. 32. Σωσθάνης Σουσθάνης Viteb. σωσθάνης Guelf. σωσθάνης Mosq. 34. Ιστμένι] Ιστμέν Ald. 35. Πηγασαγών, αυμα φαίν Rob. Stanl. existimat forte legendum esse ωνηγάς το πρών, αυμα quidem lectionis etlam Schol. meminit; neuter tamen, queme a distractio sensum præbere possit, edixit. Αἰγνωστισγενής Αἰγνωστογενής Mosq. Turn. Acute autem observat Brunckius vocabulum αἰγνωστισγενής hic ωνισασύλλαζον esse, synalæphe in νο facta, ut Eurip. Phæniss. 684. εὐνλίωνι sic promuntiandum, ut λίουν sit pes trochæus. 37. μίγας μίγας τ' Mosq. ώγων γίους] ἀγωγώς Τurn.

29. Ιαπιοχάρμας. "Ita Pindarus Hieronem Συραύσιον Ιπιοχάρμαν βαισιλαία νος τη νει ut alii, ipsos Syracusios Ιαποχάρμας μα ilegunt Συραυστίον Ιαποχάρμας, qui legunt Συραυστίον Ιαποχάρμας, δι τανος χαίρων 1 Ιαπος Δάρμας, δι δρί Ταπος χαίρων α μαχόρμος. Κάρμα γλε ά μαχόρμος. Κάρμα γλε ά ματά χαρας μάχη. De Persis diserte Hieronymus in Hierem. cap. 12. justa historium omnis Persis et universu Chaldea, et regionum illarum exercitus gaudet equitatu. cf. et Xenoph. Cyrop. lib. viii." Stanl.

80. Marisens. "Inter duces Persicos Marisens quidam nominatur Herodoto lib. vii." Stanl.

31. Dagardánns. "An qui Herodoto Depredarns qui Maribus et Choribus et Colchis præerat? lib. vii. 79." Stanlei.

32. Nalles. Magnus appellatur, quia ceteris longior multo et copiosior fuit, quam ob causam sæpe etiam cum de Ægypto agitur, κατ' Εοχὴν νοσατιν δ σοτακός. σολυθείμων, almas, fertilis: Epitheti rationem reddit Strabo lib. κν. καὶ Νίλουδ' είναι γόνερον μᾶλλοι ἐτίρων, καὶ μιγαλοφῦῦ γενῶν καὶ σάλλα καὶ τὰ ἀμφίδια: τάς τε γυναϊκές ἐκθ' ὅτι καὶ τισκάθυμα τίκτυς

τάς Αίγυντίας. 'Αρισστίλης δε απέτασάδυμα στια ίσορεί σετοπέναι' παὶ αὐτὸς απλύγουν παλών τὸν Νείλου, παὶ σρόμμον διὰ τῶν ἐπ τῶν ἐπλίων μετσίαν ἔψησιν αὐτὰ πασαλισέντων τὰ σρόφιμου, τὰ δε απεριστόν ἐπθυμιώντων." Stant.

35. Ilnyagayár. "Scholiastes monet nomina hæc non esse Ægyptiaca, sed ab ipso poëta conficta; certe Persica potius videntur. Inyaray às inter Persas nominatur infra. Est et 'Aerauns nomen Persicum, Antigon. Hist. mirab. 12. onel 31 è isogió yeupos 'Agraun vor Higenr thibbs in gerens idoreus izur. Arabum et Æthiopum dux Arsames in hac expeditione memoratur Herodoto lib. vii." Stanl. Ego vero non video, cur Ægyptiaca horum ducum nomina esse debuerint; quid enim impedit, quo minus creda mus Persarum proceres Ægyptiis præfectos fuisse?

37. Lyvyis; OfCas. De hoc Thebarum Ægyptiacarum cognomine cf. Stanleii not. ad Sept. adv. Theb. v. 327.

39. nai ilistăra. "Per iliofăras, paludieolas intelligit incolas llian, regionum palustrium Ægypti. vid. post Schol. Spanhem. ad Julian. p. 255. Hemsterh. ad Aristoph. PlutΔεινοί, ωλήθός τ' ἀνάριθμοι.
'Αδροδιαίτων δ' ἔπεται Λυδιῶν
'Όχλος, οἱ τε ἐπίπαν ἠπειρογενὲς
Κατέχουσιν ἔθνος, τοὺς Μιτραγαθής
'Αρκεύς τ' ἀγαθὸς, βασιλής δίοποι,
Καὶ ωολύχρυσοι Σάρδεις ἐπόχους
"Αρμασι ωολλοῖς ἐξορμεῶσιν,

v. 178. et Wesseling ad Hieroel. Synecd. p. 716. Thucydide teste "Exusisti Ægyptii erant omnium bellicosisimi, v. lib. i. c. 110." Abresch. Surel igéras, boni remiges, acres. (Sic acri remige Virg. Æn. v. 116.) Sin igéras, de militibus nauticis capias, duvel fortes erunt.

41. ἀξεδικίτων Λυδών. " Mollitiei Lydorum satis aperta indicia, quod filias suas omnes prostituerint; quod primi caupones institoresque exsiterint, et quod inventum ab ipais tesserarum et talorum ludum et pilæ καὶ ἄλλων πασίων παιγνίων τὰ είδια πλὴν πεσσῶν jactitarint. Herod. lib. i. 94."

43. κατίχουτο 1920ς. Etsi hæc explicari possunt, si κατίχευ 1920ς insolentius dictum sit, pro gente aliqua contineri, mihi tamen verismilius est, articulum τοὺς ante Μετραγαθής ab aliena manu insertum, Æschylum autem ita scripsisse:

οι τ' ισίσαν ησιφορινής
Κατίχουση ίδνος, Μυταγαγαθής
Αρχίνς τ' άγαθός βασιλής δίσσος
colo post δίσσο posto, ita ut ex antecadentibus subintelligatur Ισιστα.
Sensus: Sequitur vero etiam mollis Lydorum populus, et qui omnes gentes in
illa continento natas imperio regunt,
Mitragathes, et fortis Arceus, prafecti
regii.

βασιλής δίσσει brevius cosdem designat, qui antea βασιλής βασιλίος υποχω μεγάλου τρανιᾶς Ιφορο diceban-tur. Eustath. in Iliad. α'. δίοπος λίξις στις Αίσχυλος άγχιρουκάς. Idem in Iliad. 3'. οὐ μόνου δίσσα οἱ ἄρχιστις, ώς καὶ Αίσχυλος δηλοῖ, άλλὰ καὶ ἀἰωσει οἱ μὰ ἀρχόμενοι. Εt in Odyss. μ΄. δύστις, Τὸ ἰνιργιῖς λίγις ὅθος καὶ δύστες ό οἰποτόμος πας Αἰσχύλφ. Verum ul-tima hac Eustathii glossa ad alium Æschyli locum pertinet. Hesychius: Δίοπος, ἐπίσποπος, ἄςχων, ναύαςχος, ἐπισάτης ; item Δίοποι, ἐπιμεληταί. Et hujus quidem interpretationis sedes in hoc Æschyli loco ponenda videtur. 45. εης. και πολύχευσα Σάρδιςweerdiedas. Et Sardes (male Stant. intp. Sardi) auro abundantes multorum curruum vectoresemittunt, quadrijuges et sejuges ordines, terribile visu spectaculum. πολύχευσοι dicuntur Sardes, quia Pactolus e Tmolo fluens, aurique ramenta secum ferens, mediam urbem ejusque forum interluebat; (Herodot. lib. i. c. 17. Strabonis autem ætate hæc ramenta defecerant. Geogr. lib. xiii.) unde etiam Crosus divitias habuisse dicebatur. ἔποχος Hesych. ὁ ἐπὶ τοῦ ἀχήματος. Idem Εποχοι οἱ ἐπὶ τῶν όχημάτων διαδαίνοντις. iξορμώσι. "Transitive quam abso-

45

lute frequentius verbum inveneris apud auctores paulo antiquiores. v. c.

53

Δίρρυμά τε και τρίρρυμα τέλη, Φοβεραν όψιν ωροσιδέσθαι. Στεῦνται δ' ἱεροῦ Τμώλου ωελάται Ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι, Μάρδων, Θάρυβις, λόγχης ἄκμονες, Καὶ ἀκοντις αὶ Μυσοί· Βαθυλών δ' Η ωολύχρυσος ωάμμικτον ὅχλον Πέμπει σύρδην, ναῶν τ' ἐπόχους Καὶ τοξουλκῷ λήματι ωις ούς. Τὸ μαχαιροφόρον τ' ἔθνος ἐκ ωάσης 'Ασίας ἔπεται Δειναῖς βασιλέως ὑπὸ ωομπαῖς.

48. σεροιδίοθαι] προσειδίοθαι Ald.
49. σεῦνται] σεῦνται Mosq.
49. 50. Ιαννειο ordine leguntur in Rob.
50. δούλιον δούλιον Guelf. Viteb. Mosq.
Ald. Vict. At δούλιον metri causa legendum esse vidit Stanl.
51. Μάρδαν,
64ευξις] μάρδαν τ' "Αρυδις Τυπ.
55. παὶ] Abest Guelf. λήμανι] λήμανιοι δδ. παὶς Abest Guelf. λήμανι] λήμανιοις,
αναϊς Codd. Regg. Rob. Turn. Cant.

49. sqq. στῦνται-ἄκμονις. Mimantur vero etiam sacri Tmoli accole
servitutis jugum imponere Gracia, Mardon, Tharybis, sc. duces corum, hasta
acres. Tmolus Lydiæ mons hees, ut
sp. Eurip, Bacch. v. 64. quia ibi
Bacchus ex Jovis femore natus esse
ferebatur. (cf. Spanhem. ad Callim.
hymn. in Del. v. 70.) Circa eum habitabant olim Lydi, Mæones, Mysi.
(Hom. II. β'. 866. Strab. lib. xii. p.
625.) Lydorum tamen et Mysorum
ducem Artaphernem nominat Herodotus.

52. azorrigal Mucal, quia jaculis præustis utebantur. Herodotus ar-

maturas variarum gentium in hac expeditione describens: Μυσιὶ δὶ ἐκεὶ μὶν τῆσι κιφαλῆσι εἴχον κράνια ἐπιχώρια, ἀπαθῶσε δὶ μικράς. ᾿Ακεντόιοις δὶ ἰχρίωντο ἐπικεψτοισι. Lib. vii. 74.

52. Βαθυλών δ' ἡ πολύχευσος. " De hujus urbis opulentia cf. Herodot, lib. i. 192. et Strab. lib. xv." Stant. In uno Beli templo immensa vis aurez supellectilis fuit. Herodot. i. 181.

πάμμικτον ὅχλον, scil. partim nautas, partim pedites. πίματι σύρδης Stanl, vertit mittit tractim. Verum quid hoc sit tractim mittere? σύρδης έναλῶσει apud Eurip. Rhes. v. 8ξ, est funditus perdere. Sed hæc adverbit notio non magis quam illa ab hoc loco aliena. Quid multa? Mihl vel σύδης impettuse, vel φύρδης mixtim s. promiscue legendum esse videtur. καῶν ἰπόχους, nautas et milites classiarios. τοξουλκῆ λήμετει πετσύς, sagittandi peritia feroces.

56. sqq. ซอ- ซอมพลเร. Ensiferque populus ex universa Asia sequitur vencrandis grandibusque sub regis auspiciis. มัสอั ซอมพลเร. " Dum exspecto, qui doceat อัสอ์ illam inducre compositis virtutem, quam hic agnoseunt veteres

Τοιόνδ' άνθος Περσίδος αίης Οίχεται άνδρών. Ους ωέςι ωάσα χθων Ασιητις Θρέψασα, σόθω ζένεται μαλερώ. Τοκέες τ' άλοχοί 3' ήμερολεγδου Τείνοντα χρόνον τρομέονται. Πεπέρακε μέν ὁ ωερσέπτολις ήδη 5000m. 65 Βασίλειος 5 ρατός είς άντίπορον Γείτονα χώραν, Λινοδέσμω σχεδία σορθμον άμείψας 'Αθαμαντίδος Έλλας, Πολύγομφον δάισμα 70 Ζυγον άμφιδαλών αυχένι σόντε.

59. alns σίχιται] γαίας σχιται Viteb. αίας σίχιται Ald. αίας formam Ionicam eruit Brunck. e Regg. 61. οὐς πίρι] οὐδὶ πιρὶ Mosq. 63. ἡμερόλιγδα] ἡμερόλικου Guelf. 64. σερμίοναι] σρομαίοναι mendose Guelf. 65. πίσεις πίραπες μὶν Turn. περσίπτολις] περσίπολις Viteb. 67. χώρας] χθόνα Guelf. 69. "Ελλας Τ'Ελλας Guelf. Ald. "Ελλας etiam in Viteb, legitur. 70. δύσμα] ἔρισμα Rob.

critici, mihî dubium non erit, legendum quin sit ὑπὸ ωομπαῖς, separatis, quæ male in unam vocem coaluere. Simplex wομπαὶ pro instinctu habes in Aristid. Tom. i. p. 181. αίματους. Βείμα συμπῆ γῆν ἰπὶ αᾶσαν ἀφορμὰς τοῦ βίου et Ζεφύρου ανομπὰς dixit Pindar. Nem. Od. vii. v. 43. Hinc sensu valde commodo ὑπὸ συμπαῖς βασιλίως accipi poterit pro regis ductu." Abresch.

59. živios kilgār Insprides ains ut Agam. v. 205. živios "Agrees vel 'Agyelar de delecto juvenum virorumque bello gerendo idoneorum exercitu.

61. εὐς πίςι μαλιςῷ. Propter quos omnes quæ eos genuit et aluit Asiatica tellus ingemiscit, flagrams desiderii igniculis. μαλιςῷ, ardente, ignibus consumente, bene de desiderio; uritur enim animus cupidine absentis amici videndi et quasi tabescit.

63. roxiis r' roquisveus. Parentesque et uxores, singulos dies numerando, temporis mora et tarditate anguntur.

άμερόλιγδον. "Sic Aristot. Natur. Animal. lib. vi. ἔνω δισχυρίζονται δί. κα μάνας κύων άμερόλεγδον, h. e. decem menses continuos, (ita ut singuli dies numerentur). ημερολεκτείν quotidie numerare." Stant.

65. αιτίεραι μὶν χώραν. Jam quidem transit regis exercitus urbium vastator in vicinam oppositam regionem. Chersonesum scil. Abydo exadversum sitam. ἀντίπορος, ut in Suppl. 553, ἀντίπορος γαϊα, et Eurip. Med. 210. Έλλὲς ἀντίπορος. Eodem sensu ἀντίπος χώραν posuit Eurip. Troad. 220. et ἀντίπος Όμος id. Jon. 1585.—" Δbresch.

68—71. λινδίσμω σεόντου. Per rates lineis vinculis s. funibus inter se junctas, fretum Helles, Athamanti filie, i. e. Hellespontum superans, pontem suutis clavis firmatum, jugo cervicibus ponti imposito. Pontem navalem, quo Xerxes Europam Asiæ junxit, luculeuter describit Herodotus lib. vii. Post δίσμα ambigua est interpunctio, et jam olim pro eo legebatur Schol. teste, ξεισμα. Utra lectio verior sit, certo difinire non ausim. Si vero δίσμα teneas, melius est, colo a sequentibus disjungere, ut wελύγμφον δίμα sit explicatio quædam verborum λωθέμω σχεδία, et ita connectatur cus

Πολυάνδρου δ' 'Ασίας θούριος ἄςχαν ἀντις.
'Επὶ ωᾶσαν χθόνα ωριμανόριον
Θεῖον ἐλαύνει
Διχόθεν, ωεξονόμοις, ἔχ τε θαλάσσης το Όχυροῖσι ωεποιθώς
Στυφελοῖς ἐφέταις, χουσογόνου γενεᾶς ἐσύθερς φώς.

73. Ψαμανόμοι] Ψαμανόμοι Viteb. 74. ἐλαύνι] ἐλαύνι Guelf. 75. ΨιΓονόμοις Wiδιούμοις Guelf. 78. χευσογόνου] χευσνόμου Ald. Turn. Utriusque etiam lectionis mentionem facit Schol. γινιᾶς] γυγιᾶς corrupte Viteb.
ἐκάθοις] ἰκόθιον in quibusdam Codd. a se lectum esse testatur Steph. tumque
non φῶς, sed φῶς scribendum fuise recte monet. Sed nihil mutandum. Infra de
regina occurrit ἐκῶν ἴενο φῶςς v. 149. unde fortasse aliquis hic genuinam lectio.
nom emendandam putavit.

antecedentibus, ut vel simul cum acc.

e\$Pis a participio **past*/pas regatur,

vel absolute positum sit. Sin izenpas
legas, quod est firmamentum, aptius

cum sequentibus ita construatur, ut
sensus sit: firmamento multis clavis re
vincto tamquam jugo cervicibus ponti

imposito. In his \$*p**is—sinxin uniore

nobilis, est metaphora, non tamen ul
tra tragici sermonis altitudinem assur-

72. sqq. erodvárdeov-irádises pas. In his v. 75. melius legi arbitror Zarópeus, commate vel colo post Sa-A desus posito; quam quidem rationem Scholiastæ quoque placuisse suspicor. Sensus: Populosa autem Asia bellicosus rex gregem divinum, h. e. immensum, bifariam partim terrestres, pantim ex mari s. maritimas copias agit, fortibus asperisque ducibus confisus. E lectione τιζούμως gracilior sensus oritur, nec satis, ut ita dicam, rotundus; epitheta enim, que ad universas Xerxis copias pertinebant, tantummodo ducibus eorum tribuuntur. ws ζονόμος, si accusativum legas, signif. pedestris, q. d. qui pedestris pascitur. Si dativum serves, est pedestres pascens. Illa ratione passive accipitur, ut ayeropes ap. Hom. Od. 7. 106. Utrumvis legas, servatur translatio, quæ est in Ψοιμανόριον.
" Ψοιμανόριον, exercitum. Non enim hoc vocabulo gregem tantum ovium, sed et populi significari, monet Eustathius, nostrum laudans in Iliad. ii. 🖚 🚰 च्यामनेर रेवर्के, स्वयस्त्रेर हैर सम् क्रेरवेट्केर

wοιμάνως συνθίνως Λίσχύλος είσησε, καὶ τὸ σειούτος ποίμητος, ποιματός εον. cf. infr. v. 239. Heaveh. Πειμάνως πυμήν ή βασιλώς." Stant. συφιλές αυρος, i. q. fortis, bellicosus, quemadmodum Virgilius: studiis asperrima belli, de Carthagine. Æn. i. 14. ἰφίναις · Hesychius: Κφέναις 'νὰς ἡίμόνας σῶν Περσίδε καταχομετώς, proprie enim erant Athenicasium judices, qui de camis capitalibus cognoscobant.

χευσογόνου γινιᾶς. Genus curo prognatum appellatur Xerxis genus, quatenus a Perseo deducitur, quem Danaé turri ænea inclusa ex Jove, qui in pluviam auream commutatus ei vitium fecerat, suscepisse dicitur. Rabula est notissima. Xerxem vero e Persaf posteris esse, similiter fingit Lycophron, (Cassandr. v. 1403. aqq.) hiace versiculis, quos jam Stanl. adhibuit:

'AAA' évől márgur Migolus Iva ongg gős Stakii gágara, ső Isákassa pilv

βατή Πιζό πος' ໂσαι, γι δί υμυμβλαθώνι-

'Phosens: απόδις χίρου:
Persas vero onnes a Rerseo nomen accepisse auctor est Herodotus lib. vii. c. 61. inalieres h (Πέροα). απόλαι όπο μεν Ελλάνον Κυρήνες, όπο μεν το σρίων αὐνίων παὶ τῶν ανεριοίπου 'Δρταϊο. Επιὶ δὶ Πιοργές δ Δανάης το παὶ λοὶς ἀπίπενο υπαὰ Κυρία τὸ Βήλαι, ἡ ἔνχι αὐνοῦ τὸν Δυγανίρα 'Ανδραμίδηι, γόνιναι αὐνοῦ απός ὁ σύνομα ίλουνο Πέρ-

Κυάνεον δ΄ όμμασι λεύσσων Φονίου δέργμα δράκοντος, Πολύχεις, καὶ σολυναύτης, Σύςιόν Β΄ άρμα διώκων, Έπάγει δουρικλύτοις ἀνδράσι τοξόδαμνον άςην. Δόκιμος δ΄ οῦ τις ὑποςὰς Μεγάλω ρεύματι Φωτῶν, Έχυροῖς ἔςκεσιν εἴςγειν "Αμαχον κῦμα βαλάσσης.

μονός ρ.

8.5

79. λεύσσων φούωυ] βλίπων φονίου Viteb. λεύσων φοινίου Rob. 81. ανολύχεις Ald. Rob. 82. Σύριον] ἀσσύριον Guelf. Rob. Reg. B. ἀσύριον Viteb. Mosq. Reg. A. Ald. Turn. ἄρμα] ἄμα Mosq. Ald. 84. ἄρνι] ἄρα Rob. 86. φωνών] Viteb. add. τάξισιν, quod e scholio verborum ἐχυροῖς ἔρεισιν fluxit.

σην. Τούτου δὶ αυτού ματαλιίστι. 'Ετύρχανι γὰς ἄσαις ἱὰν ὁ Κηφιὺς ἔρεινος γίνου. 'Επὶ τούτου δὶ τὴν ἐσωνυμίην ἔσχον.

79. sqq. xvånsor—äen. Oculisque ceruleum referens immitis s. cruenti draconis vultum, multo cum milite mulsique cum navibus Assyrium currum agens, Martem arcipotentem adversus viros hastis nobiles ducit. Sublimis descriptio! Similitudo draconis graviter designat trucem bellicosi regis vultum.

Σόριον. "Pro Assyrio, sicut monet interpres Græcus. Herodot lib. vijii. 63. de Assyriis verba faciens: οὐτοι δὶ διτὰ μὰν Ἑλλάνων ἰκαλίσντο Εύριοι, ὑτὰ δὶ τῶν βαρίδερων 'Ασσύριω ἐκλήθησων. Strabo lib. κνί. οἱ δ' ἐσφοῦντος τὴν Σύρων ἀρχὴν, ὅτων φωο! Μόδους μὰν ὑτὰ Πιοροῦν καταλυδήνωι, Εύρως δὶ ὑτὰ Μήδων, κὶν ἄλλωνς τνὰς τοὺς Σόρους λίγων σεν, ἀλλὰ τοὸς ἐν Βαζυλῶνι καὶ Νίνω κατακινωσμένους τὸ βασίλειο. Oritur differentia ex additamento articuli Ārabici." Stanl.

83. ἐπάγει—Ḥenr. " Contra Græcos, qui hastis-in pugna usi sunt, adducit Persas, quibus arcus et sagittæ præcipua armatura." cf. v. 145. sqq. Herodotus Persarum arma recensens lib. vii. α!-χμὰς inquit, βραχίας ἔχοι, πόξα δὶ μι-γάλα, ἐῖςοὺς δὶ παλαμίνους. Et apud aundem lib. v. Aristagoras ἢ τι μάχη αὐνίων ἐςὶ τοιπὸς, τόξα καὶ αἰχμὴ βραχία. Ubi tamen in describendo arcu Persico parum inter se conveniunt A-

ristagoras et Herodotus, quem hic brevem, ille magnum dicit. Sub geris et scutis ex humeris pendere pharetras discimus ex eodem Herodoto lib. vii. ord di pagergeione ingiquare. Strabo lib. xv. waçà di rès pagirges nai engagus ixour. Rursus codem libro: ixu d'innes réfer nai opinion." Stat.

raξόδαμνον. Rectius forte fuerit cun Pottero ad Lycophr. v. 1331. σέρδεμνον scribere. Tætzes enim ad illum locum monet, παξόδαμνον esse arcu domitum, τοξοδάμνον vero, υποραξονόνων, arcu domantem. Quicquid sit, h. l. activam hujus vocabuli vim obtinere, certum est.

85. sqq. δόκιμος-λαός. Neque quiquam idoneus, qui valeat, magno virores torrenti, immenso exercitui, obnitens, firmo aggere, opposita militum mole, inexpugnabilem maris fluctum, exercitum Persarum, cujus vim et impetum sustinere nemo potest, propulsare. Sustineri enim non potest Persarum exercitus hellicosusque populus. Allegoria nobilis, audax, lucida, sibique egregie constans. cf. Theb. v. 64. 116. etiam comparavit Stanl. illud Ciceronis ad Attic. vii. 4. Fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una non pote-rat. deniuss] " Interpr. reddit expectandus, quasi legeretur zerdening. Rectius Schol. exp. arderies. Hesych. Hesych. chii quidem glossa xenespes hic optime

'Απρόσοις ος γάρ ὁ Πεςσῶν Στρατὸς, ἀλκίφεων τε λαός. Δολόμητιν δ' ἀπάταν Θεοῦ Τίς ἀνὴς Θνατὸς ἀλύξει; Τίς ὁ κεαιπνῷ ωοδὶ ωηδή-

90. dais] dids Turn. dais, quod et metrum poscit, est in Regg. 91. estáens Guelf. Vit. Mosq. 92. Snaris] Snaris Vit. Sisu-Snaris absunt Mosq.

quadrat. ἐπρόσοιτος] ᾿Απρόσοιτος, ἀνυπομόνητος Hesych. qui vel in codice suo legit ἐπρόσοιτος, vel corrigendum ἐπρόσοιτος.

91. sqq. Δολόμη Ιν-φυγείν. Insidiosam vero fraudem numinis quis mortalium ewitet? Quis levi agilis pedis saltu se expediat? Amice enim initio blandiens ducit mortalem in retia, unde non licet homini sine noxa effugere. δολόμητιν ἀπάcar Siou ita accepit Stanl., ut Æschy-Ium ad somnium illud respexisse putaret, quod, Herodoto narrante, bis Xerxi apparuerat, minitans, ni extemplo expeditionem susciperet, eum brevi ad Incitas redactum iri. Quanquam vero codem trahit ila quæ v. 101. sequuntur, mihi tamen haud persuasit vit doctissimus, Æschylum nocturnum illud Xerxis visum in hanc fabulam illigare voluisse. Ego potius h. l. universe, sine respectu ad illud somnium, hanc sententiam designari statuo, magnam hominis fortunam sæpissime cladis alicujus aut calamitatis prænuntiam esse. Nimirum duæ sunt opiniones veterum de divini numinis erga fortunam hominum habitu; altera, qua deum eundem hominem perpetuo beatum esse ferre posse negabant; altera, qua divinum numen ipsam homizis felicitatem, præsertim si ea insolenter abutatur, insciente eo ac minime sperante in perniciem convertere statuebant. Illam igitur ob causam deo invidium; hanc ob rem autem ei dolum s. fraudem tribuunt. Prioris sentiendi loquendique rationis exemplum occurrit ap. Herodot. ubi lib. iii. c. 40. Amasis ad Polycratem scribit,-se quidem ejus prospera fortuna delectari, sed propterea quod nimia sit ejus prosperitas, et humanitatis modum excedat, sollicitum esse; non ignotam enim sibi esse numinis invidiam. ipoi De, inquit, ai sai pryádar rôgogiar rón delonovei, lauguping vo Beier de Tes pBore eor-eidin pae nai dépp eidu axoveas, esis is tidos où nanos itidióτησε πρόβριζος, εὐτυχίων τὰ πάντα. Eodem modo Artabanus Xerxem a bello adversus Græciam avertere cupiens invidiam hanc divini numinis commemorat lib. vii. c. 10. वेव्हेंड नके ध्यावीप्रशास्त्र दिव्हें के इस्त्राध्या है त्रिवेड वोधेने दिव्हें क्रियनबंद्धार त्रिक्ष के इस्त्राध्यक्त कोधेंड प्रथम सर्वाद्धाः वेव्हेंद् हो केंद्र देश कार्याप्रस्त्र नके व्याप्त्रक इय बोरो प्रयो वेरिवेश्य एवे एश्वायोप वेपानपर्धmeretai Bidia; Oidii yag i Diòs ele vaiglyorea mareta modoviir oven dà nad इट्टर्वेड कार्योड र्रेक्ट वेंद्रवे वेर्रायुग्य वेंद्रविद्राहरूका κατά τοίοδε Ιστάν σθι δ Βιδς φθονές σας φόδοι Ιμεθάλη ή βρουτήν, δι δυ Ιρθέ-ρησαν άναξίως Ιωύτών, ου γάς ιῆ φρονίων άλλον μέγα δ Βιδς ή Ιωύτου. Itaque cum h. I. Chorus de dolosa fraude numinis loquitur, nihil aliud intelligit, quam deum summam hominum fortunam subito sæpe evertere, cosque nec opinantes, ac rerum suarum prosperitati nimium quantum confisos, in acerbissimas calamitates, unde se expedire nequeant, conjicere. Quocirca Æschylum in his ad somnium illud regis ab Herodoto narratum respexisse, tantum abest ut concedam, ut potius illud ei forte ne in mentem quidem venisse existimem. Certe si Stanleii conjectura valeret, infra ubi Darius quærit, quid Xerxen, ut Græcos bello persequeretur, impulerit, Chorici senes hocsomnium silentio non præteriissent. Quid enim ad excusandum Xerxen majorem potuisset vim habere, quant si per nocturni visi fallaciam eum a deo ad suscipiendum bellum excitatum fuisse docuissent?

δολόμητη. In hoc epitheto non inest injustitiæ criminatio. Alibi enim tragicus noster candem ἐπάπης justam appellavit, versiculo ab Eustath. ad Iliad. β΄. commemorato; ἔτι

ματος εὐπετέος ἀνάσσων;
Φιλόφρων γὰς σαίνουσα τὸ ωρώτον, ωαςάγει
Βροτὸν εἰς ἀςκύς ατα,
Τόθεν οὐκ ἔς ιν ὑπὰς θνατὸν ἀλύξαντα φυγεῖν.
Θεόθεν γὰς κατὰ μοῖς
Έκς άτησεν τὸ ωαλαιοὸν, ἐπέσκηψε δὲ Πέρσαις
Πολέμους ωυςγοδαίκτους

5e. a. 100

94. εὐσετίες] εὐσετίως Mosq. ἀνάρσων] ἀνάσσων Guelf. Ald. ἀνάρσων Φιλίφων γὰς omittit Mosq. ἀναίσσων Τυτη. ἀναίσσων Victor. 97. ἀρεύσατα] ἀρεύσατα Rob. mendose. ἀρεύτατα conj. Pauw. 98, 99. «ἐκ ἔτιν ὑπὶς Βνατὸν ἀλίζεντα.

δί ίσιν, sic ille, οἱ μόνον παπή ἀπάση, ἀλλὰ παὶ ἀγαθή, Αἰσχύλος δηλοῖ siπὸν,

www. Awarns dinains oùn dwosneri Iros.

93. ris-avassav. Sic utique ad metri integritatem scribendum, non draisser. Inepta in cod. Reg. B. glossa เช้อนเนล้า, มอนาล้า. Credo equidem a veteribus Atticis area scriptum fuisse sine iota. Sed scriptura illa si hodie admitteretur, minus exercitatis molestiam sæpe facesseret. Qui enim distinguerent avassu, cujus thema anag, ab dracou significante dratoru? -H. l. autem notanda est enallage Poëtis frequens: vis à nemmrou wobes รษัตรงาน สหอักผลงา ล่งคุดงคม. Sic Sophock. Electr. 19. μίλανά τ' άτρων ἐπλέλοιπεν εὐφεόνη, pro ἐκλέλωπεν ἄσςα μελαίons εὐφείνης. Eurip. Hel. 1098. πα-εμδί τ' δνυχα φόνιοι ἐμδαλῶ χεδος, pro παρίδος χεοί. Orest. 227. δ βοσεύχων wireder a λίον κάρα, pro & βότρυχοι πινώδις άθλίου κάρα. Exempla passim obvia apud utriusque linguæ poëtas.-" Brunck. Imo et Germanorum lingua nonnunquam imitari potest. v. c. Æschyli versiculos illos ita vertere licet: Wer kann mit behendem Fusse, leichten Sprunges, entkommen? vel sic: Wer kunn mit einem leichten Sprunge des be-

henden Fusses entkommen?"

wohningeres. Metaphora ducta est
a bestiis, quæ capiuntur in foveis, stramento aut virgulio tectis, unde exsilire non dafur.

95. Φιλόφου γλο σείνουσε, simulate benevolentia blandiens, scil. ἐστέντ illa; pertinet ad ingentem illam fortunam, quæ hominis perniciem auteceder solet.

98. τίθτο-φυγείν. E tribus has verba construendi interpretandique rationibus, quas attulit Abreschius, unam tantum, qua unice vera est, omissis reliquis, enotamus. Sude nimirum cum φυγείν, a quo disjunctum est, connectendum: τόθτο δυά έρτο θαστά διαγείν, unde mortalis non potest sine noan effugere, s. quas laqueos nemini mortali superare lica, etiamsi omnibus viribus id conetur. Atque ita dicitur, eedem observante Eurip. Bacch. v. 868. φυγείν ενέ δεστών, et infra Agam. v. 366. δυτεπελέσει δίπτυσ. it. v. 1385. Δραέσεντο, υψες περίσσου in ποδάματος.

100. sqq. 916911 - ἀνας ἀστις. Divinitus enim jam dudum prospera fortuna obtinuit, Persusque adegit, ut bel la gererent, turribus infesto, tumultuque equis gaudente, h. e. prælio equestri, urbiumque eversionibus òccuparatur. μείρα h. h. non universe de iato, sed de felici Persarum fato accipio, quo nimirum usi sic insolescebant, ut animos ad bella gerenda converterent. πόλιμω πυργοδάϊκτοι de obsidione urbium, et præliis inter oppugnatores obsessosque commissis; at πόλιμο δυκεράσις designat urbium jam expugnatarum eversionem. κλένες de

Διέπειν, ίππιοχάφμας
Τε κλόνους, σόλεων τ' άνας άσεις.

Έμαθον δ' εὐφυπόφοι
δ θαλάσσας σολιαινομένας σνεύματι λάβφω
Έσος αρτιον άλσος,
Πίσυνοι λεπτοδόμοις σείτριασι, λαοπόφοις τε μηχαναῖς.
Ταῦτά μοι μελαγχίτων

105

104. Ισπιοχάρμας] Ισπιοχάρμονας Viteb. Mosq. 105. πόλιών σ' ἀνασάσιις] πόλιων σ' ἀντάστις Turn. 107. Βαλάσσας] Βαλάσσης Ald. Turn. Cant. 108. πολιαινομίνας] πολιαινομίνης Ald. Turn.

turba ac tumultu hostium in pugna congressorum, ut apud Homer. 6. 167. e^{-/}. 331. leficunți autem, infisit, h. l. de imposita necessitate pugnandi, cui resisti non potest.

